* Iones formant imperfectum et aoristos ambos in *σκον*, à secundâ personâ singulari, abjiciendo augmentum, et addendo *κον·* ut, *τύπτες, τύπτεσκον· τύψας, τύψασκον· τύπες, τύπεσκον.* Terminatio *ον* fit *όμην* in Pass. et Med.

Futurum primum.

S. *τύψω, τύψεις, τύψει·* * *verberabo.*
D. *τύψετον, τύψετον·*
P. *τύψομεν, τύψετε, τύψουσι.*

Unde Aoristus primus.

S. *ἔτυψα, ἔτυψας, ἔτυψε·* *verberavi.*
D. *ἐτύψατον, ἐτυψάτην·*
P. *ἐτύψαμεν, ἐτύψατε, ἔτυψαν.*

Perfectum.

S. *τέτυφα, τέτυφας, τέτυφε·* *verberavi.*
D. *τετύφατον, τετύφατον·*
P. *τετύφαμεν, τετύφατε, τετύφασι.*

Unde Plusquam Perfectum.

S. *ἐτετύφειν, ἐτετύφεις, ἐτετύφει·* *verberaveram.*
D. *ἐτετύφειτον, ἐτετυφείτην·*
P. *ἐτετύφειμεν, ἐτετύφειτέ, ἐτετύφεισαν.*

Aoristus secundus.

S. *ἔτυπον, ἔτυπες, ἔτυπε·* *verberavi.*
D. *ἐτύπετον, ἐτυπέτην·*
P. *ἐτύπομεν, ἐτύπετε, ἔτυπον.*

Unde Futurum secundum.

S. *τυπῶ, τυπεῖς, τυπεῖ·* *verberabo.*
D. *τυπεῖτον, τυπεῖτον·*
P. *τυποῦμεν, τυπεῖτε, τυποῦσι.*

---

* In futuris quintæ conjugationis, *ῶ—εῖς—εῖ,—εῖτον—εῖτον, —οῦμεν—εῖτε—οῦσι.* Itemque in quibusdam Atticis, et Doricis omnibus, futuris reliquarum conjugationum.

Modus Imperativus.

Præsens, et Imperfectum.

S. *τύπτε, τυπτέτω·* *verbera.*
D. *τύπτετον, τυπτέτων·*
P. *τύπτετε, τυπτέτωσαν.*

Aoristus primus.

S. *τύψον, τυψάτω·* *verberato tu.*
D. *τύψατον, τυψάτων·*
P. *τύψατε, τυψάτωσαν.*

Aoristus secundus.

S. *τύπε, τυπέτω·* *verberato tu.*
D. *τύπετον, τυπέτων·*
P. *τύπετε, τυπέτωσαν.*

Perfectum, et Plusquam Perfectum.

S. *τέτυφε, τετυφέτω·* *verberaveris.*
D. *τετύφετον, τετυφέτων·*
P. *τετύφετε, τετυφέτωσαν.*

Modus Optativus.

Præsens, et Imperfectum, *εἴθε.*

S. *τύπτοιμι, τύπτοις, τύπτοι·* utinam *verberem,* vel
D. *τύπτοιτον, τυπτοίτην·* [*verberarem.*
P. *τύπτοιμεν, τύπτοιτε, τύπτοιεν.*

Futurum primum.

S. *τύψοιμι, τύψοις, τύψοι·* *verberem.*
D. *τύψοιτον, τυψοίτην·*
P. *τύψοιμεν, τύψοιτε, τύψοιεν.*

Aoristus primus.

S. τύψαιμι, τύψαις, τύψαι· *verberaverim.*
D. τύψαιτον, τυψαίτην·
P. τύψαιμεν, τύψαιτε, τύψαιεν.

* Aoristus Æolicus.

S. τύψεια, τύψειας,† τύψειε·† *verberaverim.*
D. τυψείατον, τυψειάτην·
P. τυψείαμεν, τυψείατε, τύψειαν.†

Perfectum, et Plusquam Perfectum.

S. τετύφοιμι, τετύφοις, τετύφοι· *verberavissem.*
D. τετύφοιτον, τετυφοίτην·
P. τετύφοιμεν, τετύφοιτε, τετύφοιεν.

Aoristus secundus.

S. τύποιμι, τύποις, τύποι· *verberaverim.*
D. τύποιτον, τυποίτην·
P. τύποιμεν, τύποιτε, τύποιεν.

Futurum secundum.

S. τυποῖμι, τυποῖς, τυποῖ· *verberavero.*
D. τυποῖτον, τυποίτην·
P. τυποῖμεν, τυποῖτε, τυποῖεν.

---

* Aoristus Æolicus formatur ab Aoristo primo Indicativi, interserendo ει ante α, et abjiciendo augmentum: ut, ἔτυψα, τύψεια.

† Secunda et tertia persona singularis, et tertia pluralis, apud Atticos scriptores usitatissimæ sunt: reliquæ vix uspiam leguntur.

Modus Subjunctivus.

Præsens, et Imperfectum, ἐὰν.

S. τύπτω, τύπτῃς, τύπτῃ·* si *verberem*, vel
D. τύπτητον, τύπτητον· [*verberarem*.
P. τύπτωμεν, τύπτητε, τύπτωσι.†

Aoristus primus.

S. τύψω, τύψῃς, τύψῃ· si *verberavero*.
D. τύψητον, τύψητον·
P. τύψωμεν, τύψητε, τύψωσι.

Aoristus secundus.

S. τύπω, τύπῃς, τύπῃ· si *verberavero*.
D. τύπητον, τύπητον·
P. τύπωμεν, τύπητε, τύπωσι.

Perfectum, et Plusquam Perfectum.

S. τετύφω, τετύφῃς, τετύφῃ· si *verberaverim*.
D. τετύφητον, τετύφητον·
P. τετύφωμεν, τετύφητε, τετύφωσι.

Modus Infinitivus.

Præsens, et Imperfectum,......τύπτειν.
Futurum primum,..............τύψειν.
Aoristus primus,...............τύψαι.
Perfectum, et Plusquam Perf.....τετυφέναι.
Aoristus secundus,.............τυπεῖν.
Futurum secundum,............τυπεῖν.

---

* Iones addunt σι tertiis personis singularibus; ut τύπτῃσι, pro τύπτῃ.

† Penultima longa, in duali ac plurali hujus modi, corripitur sæpè; Ionicè, ut ait scriptor Sch. brev. ad Iliad. B. 72. sed *Lesbonax* (περὶ σχημ. p. 178. edit. Valck.) dicit hoc esse schema Corinthium.

PARTICIPIUM.

Participia omnia sequuntur formam Adjectivorum.

Præsens, et Imperfectum.

	Nom.	Gen.	
.	*ὁ τύπτων,*	*τοῦ τύπτοντος,*	*verberans.*
	ἡ τύπτουσα,	*τῆς τυπτούσης,*	
.	*τὸ τύπτον.*	*τοῦ τύπτοντος.*	

Futurum primum.

[.	*ὁ τύψων,*	*τοῦ τύψοντος,*	*verberaturus.*
.	*ἡ τύψουσα,*	*τῆς τυψούσης,*	
.	*τὸ τύψον.*	*τοῦ τύψοντος.*	

Aoristus primus.

I.	*ὁ τύψας,*	*τοῦ τύψαντος,*	*qui verberavit.*
.	*ἡ τύψασα,*	*τῆς τυψάσης,*	
[.	*τὸ τύψαν.*	*τοῦ τύψαντος.*	

Perfectum, et Plusquam Perfectum.

1.	*ὁ τετυφὼς,*	*τοῦ τετυφότος,*	*qui verberavit,* vel
'.	*ἡ τετυφυῖα,*	*τῆς τετυφυίας,*	[*verberaverat.*
J.	*τὸ τετυφὸς.*	*τοῦ τετυφότος.**	

---

* At Participia in *αως*, post contractionem in *ως*, formant fœmininum in *ῶσα*, et neutrum in *ὼς*· ut,

Nom. *ἑστὼς, ἑστῶσα, ἑστὼς.*

Gen. *ἑστῶτος, ἑστώσης, ἑστῶτος*· et ita per cæteros casus retinent *ω*.

Aoristus secundus.

	Nom.	Gen.	
M.	ὁ τυπὼν,	τοῦ τυπόντος,	*qui verberavit.*
F.	ἡ τυποῦσα,	τῆς τυπούσης,	
N.	τὸ τυπὸν.	τοῦ τυπόντος.	

Futurum secundum.

M.	ὁ τυπῶν,	τοῦ τυποῦντος,	*verberaturus.*
F.	ἡ τυποῦσα,	τῆς τυπούσης,	
N.	τὸ τυποῦν.	τοῦ τυποῦντος.	

Cognata Tempore in Voce Activa.

	Indicat.	Imperat.	Optat.	Subjunct.	Infin.	Particip.
Præs.	τύπτω	τύπτε	τύπτοιμι	τύπτω	τύπτειν	τύπτων
Imperf.	ἔτυπτον					
Fut. *a.*	τύψω		τύψοιμι		τύψειν	τύψων
Aor. *a.*	ἔτυψα	τύψον	τύψαιμι	τύψω	τύψαι	τύψας
Perf.	τέτυφα	τέτυφε	τετύφοιμι	τετύφω	τετυφέναι	τετυφὼς
Plusq. Perf.	ἐτετύφειν					
Aor. *β.*	ἔτυπον	τύπε	τύποιμι	τύπω	τυπεῖν	τυπὼν
Fut. *β.*	τυπῶ		τυποῖμι		τυπεῖν	τυπῶν

	Indicat.	Imperat.	Optat.	Subjunct.	Infin.	Particip.
Præs.	λέγω	λέγε	λέγοιμι	λέγω	λέγειν	λέγων
Imperf.	ἔλεγον					
Fut. *a.*	λέξω		λέξοιμι		λέξειν	λέξων
Aor. *a.*	ἔλεξα	λέξον	λέξαιμι	λέξω	λέξαι	λέξας
Perf.	λέλεχα	λέλεχε	λελέχοιμι	λελέχω	λελεχέναι	λελεχὼς
Plusq. Perf.	ἐλελέχειν					
Aor. *β.*	ἔλεγον	λέγε	λέγοιμι	λέγω	λεγεῖν	λεγὼν
Fut. *β.*	λεγῶ		λεγοῖμι		λεγεῖν	λεγῶν

	Indicat.	Imperat.	Optat.	Subjunct.	Infin.	Particip.
Præs.	ϖείθω	ϖεῖθε	ϖείθοιμι	ϖείθω	ϖείθειν	ϖείθων
Imperf.	ἔπειθον					
Fut. α.	ϖείσω		ϖείσοιμι		ϖείσειν	ϖείσων
Aor. α.	ἔπεισα	ϖεῖσον	ϖείσαιμι	ϖείσω	ϖεῖσαι	ϖείσας
Perf.	ϖέπεικα	ϖέπεικε	ϖεπείκοιμι	ϖεπείκω	ϖεπεικέναι	ϖεπεικὼς
Plusq. Perf.	ἐπεπείκειν					
Aor. β.	ἔπιθον	ϖίθε	ϖίθοιμι	ϖίθω	ϖιθεῖν	ϖιθὼν
Fut. β.	ϖιθῶ		ϖιθοῖμι		ϖιθεῖν	ϖιθῶν

	Indicat.	Imperat.	Optat.	Subjunct.	Infin.	Particip.
Præs.	φράζω	φράζε	φράζοιμι	φράζω	φράζειν	φράζων
Imperf.	ἔφραζον					
Fut. α.	φράσω		φράσοιμι		φράσειν	φράσων
Aor. α.	ἔφρασα	φράσον	φράσαιμι	φράσω	φράσαι	φράσας
Perf.	ϖέφρακα	ϖέφρακε	ϖεφράκοιμι	ϖεφράκω	ϖεφρακέναι	ϖεφρακὼς
Plusq. Perf.	ἐπεφράκειν					
Aor. β.	ἔφραδον	φράδε	φράδοιμι	φράδω	φραδεῖν	φραδὼν
Fut. β.	φραδῶ		φραδοῖμι		φραδεῖν	φραδῶν

	Indicat.	Imperat.	Optat.	Subjunct.	Infin.	Particip.
Præs.	σπείρω	σπεῖρε	σπείροιμι	σπείρω	σπείρειν	σπείρων
Imperf.	ἔσπειρον					
Fut. *a.*	σπερῶ		σπεροῖμι		σπερεῖν	σπερῶν
Aor. *a.*	ἔσπειρα	σπεῖρον	σπείραιμι	σπείρω	σπεῖραι	σπείρας
Perf.	ἔσπαρκα	ἔσπαρκε	ἐσπάρκοιμι	ἐσπάρκω	ἐσπαρκέναι	ἐσπαρκὼς
Plusq. Perf.	ἐσπάρκειν					
Aor. *β.*	ἔσπαρον	σπάρε	σπάροιμι	σπάρω	σπαρεῖν	σπαρὼν
Fut. *β.*	σπαρῶ		σπαροῖμι		σπαρεῖν	σπαρῶν

	Indicat.	Imperat.	Optat.	Subjunct.	Infin.	Particip.
Præs.	ἀκȣ́ω	ἄκȣε	ἀκȣ́οιμι	ἀκȣ́ω	ἀκȣ́ειν	ἀκȣ́ων
Imperf.	ἤκȣον					
Fut. *a.*	ἀκȣ́σω		ἀκȣ́σοιμι		ἀκȣ́σειν	ἀκȣ́σων
Aor. *a.*	ἤκȣσα	ἄκȣσον	ἀκȣ́σαιμι	ἀκȣ́σω	ἀκȣ̂σαι	ἀκȣ́σας
Perf.	ἤκȣκα	ἤκȣκε	ἠκȣ́κοιμι	ἠκȣ́κω	ἠκȣκέναι	ἠκȣκὼς
Plusq. Perf.	ἠκȣ́κειν					
Aor. *β.*	ἤκοον	ἄκοε	ἀκόοιμι	ἀκόω	ἀκοεῖν	ἀκοὼν
Fut. *β.*	ἀκοῶ		ἀκοοῖμι		ἀκοεῖν	ἀκοῶν

Temporum Formatio.

Præsens est thema, et fundamentum; ut, τύπτω.

Imperfectum.

Imperfectum formatur à Præsenti, mutando ω in ον, et præponendo augmentum; ut, τύπτω, ἔτυπτον.

Augmentum.

Augmentum, αὔξησις, est duplex; syllabicum, συλλαβικὴ, et temporale, χρονικὴ.

Syllabicum Augmentum.

Syllabicum augmentum est ε, cùm verbum incipiat à consonante; tunc enim ε præfigitur Imperfecto, Plusquam Perfecto, Aoristo primo, Aoristo secundo, modi Indicativi; sed non in reliquis modis.

Attici mutant ε, syllabicum augmentum, in temporale η· ut, ἔμελλον, ἤμελλον, *futurus eram.*

Verbis, in auctis temporibus, incipientibus ab α, η, ο, ω, οι, ε, Attici præfigunt ε cum spiritu thematis: ut, ἑάλωκα, ἕηκα, ἔοργα, ἔωσα, ἔοικα, ἑὔρηκα. Solvunt etiam temporale augmentum η in εα· ut, ἔαξε pro ἦξε.

Poëtæ præponunt ε Aoristis, sive à vocali, sive à diphthongo, incipientibus; ut, ἔειπα pro εἶπα, *dixi.*

Si verbum incipiat à ρ, geminatur ρ post ε· ut, ῥίπτω, ἔῤῥιπτον.*

---

* Apud Poëtas ρ sæpè non geminatur; ut, ἔρεξον. Od. ψ. 56.

Temporale Augmentum.

Temporale augmentum adhibetur, cùm verbum incipiat à mutabili vocali, vel à mutabili diphthongo; et usurpatur in Perfecto, et Plusquam Perfecto, per omnes modos: in Imperfecto, et Aoristis, solummodò in Indicativo.

Mutabiles vocales sunt, *α*, *ε*, *ο*.

α mutatur in *η*, ut *ἀκούω*, *ἤκουον*, *audio*.
ε ———— in *η*, ut *ἐγείρω*, *ἤγειρον*, *excito*.
ο ———— in *ω*, ut *ὀρύττω*, *ὤρυττον*, *fodio*.

Mutabiles diphthongi sunt, *αι*, *αυ*, *οι*.

αι mutatur in *ῃ*, ut *αἴρω*, *ᾖρον*, *tollo*.
αυ ———— in *ηυ*, ut *αὐξάνω*, *ηὔξανον*, *augeo*.
οι ———— in *ῳ*, ut *οἰκίζω*, *ᾤκιζον*, *ædifico*.

Si verbum incipiat ab immutabili vocali, vel ab immutabili diphthongo, idem erit initium omnium temporum.

Immutabiles vocales sunt longæ naturâ; ut,

η, *ἠχέω*, *ἤχεον*, *sono*.
ι,* *ἰθύνω*, *ἴθυνον*, *dirigo*.
υ, *ὑλίζω*, *ὕλιζον*, *defæco*.
ω, *ὠθέω*, *ὤθεον*, *impello*.

Immutabiles diphthongi sunt,

ει, *εἰκάζω*, *εἴκαζον*, *assimilo*.
ευ, *εὐθύνω*, *εὔθυνον*, *dirigo*.
ου, *οὐτάζω*, *οὔταζον*, *vulnero*.

---

* Vocales *ι* et *υ*, si breves sint naturâ in præsente, fiunt longæ in auctis temporibus; ut, *ἱκάνω*, *ἵκανον*· *ὑβρίζω*, *ὕβριζον*. Igitur *ι* et *υ* capiunt augmentum, *potestate* literæ, etsi non *formâ*, mutatâ.

Atticè tamen *ει* mutatur* in *η*· ut, *εἰκάζω*, *ᾔκαζον*, *assimilo*; et *ευ* in *ηυ*· ut, *εὔχομαι*, *ηὐχόμην*, *oro*; et *εἴδω*, *scio*, in Plusquam Perfecto fit *εἴδειν*, et Att. *ᾔδειν*, *sciveram*.

Exceptiones.

Quatuor verba, incipientia ab *α*, in auctis temporibus *η* non admittunt: ut, *ἄω*, *ἄον*, *spiro*; *ἀΐω*, *ἄϊον*, *audio*; *ἀηθέσσω*, *ἀήθεσσον*, *insuetus sum*; *ἀηδίζομαι*, *ἀηδιζόμην*, *tædio afficior*. †

Quædam, ab *ε* incipientia, in auctis temporibus adsciscunt *ι*· ut,

Ἔχω, *εἶχον*, *habeo*;	*Ἐάω*, *sino*;
Ἕλω, *εἷλον*, *capio*;	*Ἕω*, *induo*;
Ἕλκω, *ἑλκύω*, *traho*;	*Ἕω*, *colloco*;
Ἕρπω, *ἑρπύζω*, *serpo*;	*Ἐρύω*, *traho*;
Ἑστήκω, *sto*;	*Ἐθίζω*, *assuefacio*;
Ἕπομαι, *sequor*;	*Ἐργάζομαι*, *operor*;
Ἐρέω, *dico*;	*Ἑλίσσω*, *volvo*;
Ἑστιάω, *convivio excipio*;	*Ἔπω*, *εἶπον*, *dico*,

quod verbum servat augmentum in omnibus modis: *ἔθω*, *assuesco*, in Præterito medio *εἴωθα*, interposito *ω*.

E ante *ο* non mutatur, sed *ο* in *ω* ‡ vertitur; ut, *ἑορτάζω*, *ἑώρταζον*, *festum celebro*.

Quædam etiam, ab *οι* incipientia, nullum habent augmentum: ut, *οἰδάνω*, *οἴδανον*, *tumeo*; *οἰκουρέω*, *domum custodio*; *οἰνόω*, *in vinum verto*; *οἰμάω*, *concito*, &c.

---

* Id est, pars mutabilis diphthongi mutatur, quod solum in diphthongis, vulgò dictis mutabilibus, agitur.

† Veteres Attici *α*, longum naturâ, non mutabant in *η* per augmentum; ut, *ἀναλόω*, *ἀνάλωκα*. *Valck.* ad *Phœn.* v. 591.

‡ Haud absimili modo, *ἔολπα ἐώλπειν*, *ἔοργα ἐώργειν*, *ἔοικα ἐῴκειν*.

De Augmentis Compositorum.

Verba habent Augmentum *in initio*, si componantur, vel

1. Cum nomine; ut, *φιλοσοφέω, ἐφιλοσόφουν, philosophor.*

2. Cum præpositione, quæ non mutat significationem verbi; ut, *καθεύδω, ἐκάθευδον, dormio:* vel si simplicia nullo sint in usu; ut, *ἀντιβολῶ, ἠντιβόλουν, supplico; ἐμμελῶ, ἠμμέλουν, curo.*

3. Cum *ὁμῶς*, vel *ὁμοῦ*, et *α* privativâ particulâ; ut, *ἀφρονέω, ἠφρόνουν, insipiens sum; ὁμολογέω, ὡμολόγουν, confiteor.*

Augmentum erit *in medio*, inter præpositionem et verbum, si præpositio mutet significationem verbi; ut, *καταγινώσκω, κατεγίνωσκον, condemno.*

Augmentum erit in medio, inter adverbium et verbum, si componatur cum *δὺς*, et *εὖ*· ut, *δυσαρεστέω, δυσηρέστουν, displiceo; εὐεργετέω, εὐηργέτουν, benefacio;* nisi consonans, vel immutabilis vocalis, sequatur; ut, *δυστυχέω, ἐδυστύχουν, infelix sum.*

Quædam et in principio et in medio augentur; ut, *ἐνοχλέω, ἠνώχλουν, turbo; ἀνορθόω, ἠνώρθουν, corrigo:* et quædam vel in principio, vel in medio; ut, *ἀνέῳξα*, vel *ἤνοιξα, aperui.*

Præpositiones in compositis, præfixæ vocalibus, suam vocalem in omnibus temporibus amittunt; ut, *παρακούω, παρήκουον, perperam audio.*

Excipe *περὶ* et *πρὸ*, quæ nunquam vocalem amittunt, et aliquando *ἀμφὶ*· *πρὸ* autem sæpè contrahitur; ut, *προέχω, προῦχω, præcedo.**

---

* Apud Poëtas, omnes præpositiones vocales suas passim retinent.

Præpositio mutat suam tenuem in aspiratam, si verbum incipiat ab aspiratâ; ut, *καθάπτομαι*, *attingo*, à *κατὰ* et *ἅπτομαι*.

Regulæ.

Iones ex auctis temporibus abjiciunt augmentum; * ut, *τύπτε*, pro *ἔτυπτε*. †

Futurum primum.

Futurum primum formatur à præsenti, mutando ultimam syllabam, in conjugatione

Primâ, in *ψω*.

Secundâ, in *ξω*.

Tertiâ, in *σω*.

Quartâ, *σσω*, et *ττω*, in *ξω*, et quædam in *σω*· sed *ζω* ‡ fere in *σω*.

Quintâ, in *λῶ*, *μῶ*, *νῶ*, *ρῶ*, *ῶ* circumflexâ.

Sextâ, in *σω*.

---

* Abjiciunt quoque reduplicationem Iones, ut *ἔδεκτο*· aliquando et reduplicationem et augmentum, ut *δέκτο*, pro *ἐδέδεκτο*.

† Non licuit in Attico sermone augmentum abjicere.--*Porson*. Præfat. ad Hec. "Χρῆν non minùs quàm *ἔχρην* in scenâ Atticâ occurrit, etiam apud Comicos. Attici semper dicunt *ἄνωγα*, nunquam *ἤνωγα*, sed augmentum plusquam perfecto tempori reservant. Similis est ratio in *καθεζόμην*, *καθήμην*, *καθεῦδον*, quibus augmentum non præponunt Tragici: Comici, pro arbitrio, vel præponunt, vel abjiciunt." *Porson*. Supplement. ad Præfat. ad Hec. p. XVII.

‡ Nonnulla in *ζω* habent *ξω*· ut *οἰμώζω*, *ploro*, *οἰμώξω*· et alia quædam habent *σω* et *ξω*· ut *ἁρπάζω*, *rapio*, *ἁρπάσω* et *ἁρπάξω*· quædam etiam ante *ξ* assumunt *γ*· ut *λίζω*, *πλάζω*, *κλάζω*, *σαλπίζω*· fut. *λίγξω*, *πλάγξω*, *κ. τ. λ.*

Regulæ.

Penultima Futuri primi plerumque* longa est, nisi in quintâ conjugatione, ubi semper brevis est, vel elidendo secundam consonantem, ut, τέμνω, τεμῶ, *scindo*; vel secundam vocalem diphthongi, ut, φαίνω, φανῶ, *ostendo*; vel breviando ancipitem, ut, κρίνω, κρῐνῶ, *judico*.

Quædam Futura spiritum thematis transponunt; ut, θρέψω, à τρέφω, *nutrio*; θύψω, à τύφω, *fumum excito*; θρέξω, à τρέχω, *curro*; et ἕξω, ab ἔχω, *habeo*.

Ex futuris quartæ et sextæ conjugationis in άσω, έσω, όσω, Iones tollunt ς, ac deinde Attici contrahunt in ῶ circumflexum; ut, σκεδάσω, σκεδάω Ionicè, σκεδῶ Atticè: sic καλέσω, καλέω, καλῶ· ὀμόσω, ὀμόω, ὀμῶ· quæ etiam habent terminationem circumflexorum per omnes personas. Ex Futuris quartæ conjugationis in ίσω, Attici tollunt solummodò ς, et circumflectunt ῶ· ut, κομίσω, κομιῶ.

Dores mutant in Præsenti quartæ conjugationis ζω in σδω· ut, κωμάσδω pro κωμάζω, *lascivio*; et in Futuro, σω in ξω· ut, βαδίζω, *vado*, βαδίσω, Dor. βαδίξω.

Æoles efferunt futura in λῶ et ρῶ, per σω· ut, κέλλω, *appello*, κελῶ, Æol. κέλσω· ὄρω, *excito*, ὀρῶ, Æol. ὄρσω.

Poëtæ in Futuro sextæ conjugationis sæpè abjiciunt σ· ut, δήω, *inveniam*, pro δήσω, à δέω· κλείω, *claudam*, pro κλείσω· et κέω, seu κείω, *cubabo*, pro κέσω, à κέω.

---

* Non semper; e. g. ἀρκέσω, γελάσω, ὀνόσω, ἀνύσω, κ. λ. in Futuris verò quartæ conjugationis, in σω desinentibus, penultima, nisi præcedat η vel ω, semper corripitur; ut, θαυμάσω, πιέσω, φροντίσω, ἁρμόσω, ἑρπύσω, κ. λ.

Aoristi.

Aoristi sunt tempora incertæ significationis; cùm incertum sit, utrùm paulò antè, an multò antè, res præterierit.

Aoristus primus formatur à Futuro primo, mutando ω in α, et præponendo augmentum; ut, τύψω, ἔτυψα.

Exceptiones.

Quinque sunt Aoristi primi, qui Futuri primi characteristicam non assumunt; ut, ἔθηκα, *posui*; ἔδωκα, *dedi*; ἧκα, *misi*; εἶπα, *dixi*; ἤνεγκα, *tuli*.

Penultima Aoristi primi plerumque * longa est; unde in quintâ conjugatione α mutatur in η· ut, ψαλῶ, ἔψηλα, *cecini*; et ε in ει· ut, σπερῶ, ἔσπειρα, *sevi*; et vocalis anceps longa fit; ut, κρῐνῶ, ἔκρῑνα, *judicavi*: interdum verò α longum servatur; ut, ἐδυσχέρανα, *molestè tuli*; ἐκέρδανα, *lucratus sum*; ἐπέρανα, *perfeci*.

Ex quibusdam Aoristis primis σ excluditur; ut, pro ἔχευσα, ἔχευα, ἔχεα, à χέω, *fundo*; ἔσευσα, ἔσευα, à σεύω, *moveo*; ἤλευα, ab ἀλεύω, *vito*; et ἠκεάμην, ab ἀκέομαι, *sano*.

Præteritum Perfectum.

Præteritum Perfectum formatur à Futuro primo, mutando, in conjugatione

Primâ, ψω in φα.
Secundâ, ξω in χα.
Tertiâ, σω in κα.

---

* Non semper; e. g. ἐβάστασα, ἐτέλεσα, ἐγέμισα, ὤμοσα, ἔπτυσα, κ. τ. λ.

Quartâ, ξω * in χα, et σω in κα.

Quintâ, ῶ in κα· sed μῶ in μηκα. †

Sextâ, σω in κα.

Et repetitur prima consonans thematis cum ε, si verbum incipiat à simplici consonante, ut, τύψω, τέτυφα· vel à mutâ cum liquidâ, ut, πλέξω, πέπλεχα. Sin à duplici, vel geminâ, tantùm ε præponitur; ut, ζάω, *vivo*, ἔζηκα· σπείρω, *sero*, ἔσπαρκα.

Cùm verbum incipiat ab aspiratâ, adsumit suam tenuem; ut, θύω, *sacrifico*, τέθυκα. Si incipiat à ρ, geminatur ρ, et ε tantùm præfigitur; ut, ῥίπτω, *præcipito*, ἔῤῥιφα.

Observationes.

Dissyllaba ‡ quintæ conjugationis mutant ε Futuri in α· ut, στέλλω, στελῶ, ἔσταλκα, *mitto*.

Dissyllaba in είνω, ίνω, ύνω, abjiciunt ν Futuri in Præterito; ut, κτείνω, κτενῶ, ἔκτακα, *interficio*; θύνω, θυνῶ, τέθυκα, *ruo*. Cætera in νω mutant ν in γ· ut, φαίνω, *ostendo*, πέφαγκα· μολύνω, *contamino*, μεμόλυγκα.

Γρηγορέω, et γνωρίζω, tantùm ε præponunt, etsi à mutâ cum liquidâ incipiant; ἐγρηγόρηκα enim et ἐγνώρικα tantùm sunt in usu; sic ἔγνωκα.

Quædam verba, incipientia à πτ, κτ, μν, repetunt fere primam literam thematis; ut, πτόω, verbum inusitatum, πέπτωκα, *cado*; κτάομαι, κέκτημαι, § *possideo*; μνάομαι, μέμνημαι, *commemoro*.

---

* Excipe πέφρικα, à φρίσσω, *horreo*, non πέφριχα, ne duæ continentes syllabæ ab aspiratis incipiant.

† Præterita in μηκα reverà derivantur à verbis, fere inusitatis, in έω vel άω.

‡ Retinetur autem ε Futuri in μω· ut, νεμῶ, νενέμηκα.

§ Sed ἔκτημαι quoque.

Attici verbis incipientibus ab *α* brevi, *ε*, *ο*, præponunt duas priores literas thematis; ut, ἐρίζω, ἤρικα, ἐρήρικα, *contendo;* et tertia syllaba corripitur, si Præteritum numerum trium syllabarum excesserit; ut, ἀλήθω, ἤληκα, ἀλήλεκα, *molo*. Excipe ἤρεικα, ἐρήρεικα, ab ἐρείδω, *firmo;* ob differentiam Præteriti ἐρήρικα, ab ἐρίζω, *contendo*.

Si verbum incipiat à λ, vel *μ*, Attici præfigunt *ει* Præterito; ut, λήβω, verbum inusitatum, εἴληφα, *accipio;* μείρομαι, εἵμαρμαι, *sortior*.

In verbis dissyllabis primæ et secundæ conjugationis, Attici convertunt *ε*, penultimam Præsentis, in *ο*· ut, *ςρέφω*, *verto*, *ἔςροφα*· *κλέπτω*, *furor*, *κέκλοφα*.

Plusquam Perfectum.

Plusquam Perfectum formatur à Præterito, mutando *α* in *ειν*, et præponendo *ε*, si Præteritum incipiat à consonante; ut, *τέτυφα*, *ἐτετύφειν*.

Plusquam Perfectis Atticis additur interdum alterum temporale augmentum; ut, *ὀρώρυχα*, *ὠρωρύχειν*.

Aoristus secundus.

Aoristus secundus formatur à Præsenti, mutando *ω* in *ον*, et præponendo augmentum.

Penultima autem hujus Aoristi plerumque brevis est; unde, si penultima Præsentis sit longa positione, posterior consonans, si non sit characteristica, abjicitur; ut, *τύπτω*, *ἔτυπον*. Si posterior sit characteristica, servatur; ut, *τέρπω*, *delecto*, *ἔταρπον*.

Vocales et diphthongi præsentis in penultimâ Aoristi β ita mutantur;

ε, η, ω, αι, αυ mutatur in α· ut,

- ε: δέρω, ἔδαρον, *excorio*: excipiuntur, ἔβλεπον, ἔλεγον, ἔφλεγον, ἔτεμον,* ἔτεκον.
- η: λήθω, ἔλαθον, *lateo*: excipe ἔπληγον, à πλήσσω, *percutio*. †
- ω: τρώγω, ἔτραγον, *comedo*.
- αι: καίω, ἔκαον, *uro*.
- αυ: παύω, ἔπαον, *sedo*.

ευ in υ· ut, φεύγω, *fugio*, ἔφυγον.

ȣ in ο· ut, ἀκȣ́ω, *audio*, ἤκοον.

ει in ι· ut, λείπω, ἔλιπον· sed in quintâ conjugatione mutatur in { Dissyllabis in α· ut, σπείρω, *sero*, ἔσπαρον. Trisyllabis in ε· ut, ὀφείλω, *debeo*, ὤφελον.

Vocales α, ι, υ, longæ in penultimâ præsentis, fiunt breves in penultimâ aoristi secundi.

Observatio.

Observandum est in quartâ conjugatione, si futurum primum exit in σω, Aoristus secundus desinit in δον· si in ξω, in γον· ut, φράζω, *dico*, φράσω, ἔφραδον· τάττω, *ordino*, τάξω, ἔταγον.

Quidam Aoristi secundi formantur irregulariter; ut,

β pro π	βλάπτω,	ἔβλαβον,‡	*noceo*.
	καλύπτω,	ἐκάλυβον,	*tego*.
	κρύπτω,	ἔκρυβον,	*abscondo*.

* Ἔταμον, quod passim legitur apud Iones, à τάμνω deducendum est.

† At ἔπλαγον, et ἐπλάγην, leguntur, cùm animi motum significant.

‡ Hi omnes suum β, φ, et γ, ex futuris primis capiunt, à quibus æquè regulariter formantur, ac alii à præsentibus. Sic suprà, ἔταγον à τάξω. Sed ἔφραδον descendit regulariter à præs. φράζω.—Vide resolutionem dupl. conson. p. 3.

φ pro π	βάπτω,	ἔβαφον,*	*tingo.*
	σκάπτω,	ἔσκαφον,	*fodio.*
	ῥάπτω,	ἔῤῥαφον,	*suo.*
	θάπτω,	ἔταφον,	*sepelio.*
	δάπτω,	ἔδαφον,	*voro.*
	ἅπτω,	ἧφον,	*necto.*
	ῥίπτω,	ἔῤῥιφον,	*jacio.*
	δρύπτω,	ἔδρυφον,	*lacero.*
	θήπω,	ἔταφον,	*stupeo.*
γ pro χ	σμύχω,	ἔσμυγον,*	*uro.*
	ψύχω,	ἔψυγον,	*refrigero.*

Iones in quibusdam temporibus, et præcipuè in Aoristo secundo, geminatione uti solent; ut, pro *ἔκαμον, κέκαμον, laboravi;* et pro *πιθήσω, πεπιθήσω, confidam:* Attici quoque præponunt duas priores literas thematis; ut, *ἄγηγον* pro *ἦγον,* et, per metathesin augmenti, *ἤγαγον.*

Verba sextæ conjugationis carent plerumque Aoristo secundo, Futuro secundo, et Præterito medio. Carent quoque multa alia.

Futurum secundum.

Futurum secundum formatur ab Aoristo secundo, mutando *ον* in *ῶ* circumflexum, et abjiciendo augmentum; ut, *ἔτυπον, τυπῶ.*

Reliqui modi, cum suis temporibus, formantur ab Indicativo, et tempora similia à similibus.

---

* Vide Notam p. 61.

VERBUM *εἰμὶ, sum.*

INDICATIVUS.

Præsens.

Sing.	Dual.	Plur.
Εἰμὶ, εἶς vel εἶ, ἐςὶ,	ἐςὸν, ἐςὸν,	ἐσμὲν, ἐςὲ, εἰσὶ.
ἔῃ, A.		
ἐμμὶ, ἐντὶ, D.		εἰμὲς, ἐντὶ, D.
ἦμι, εἶσθα, Æ.		εὗτι, Æ.
ἐσσὶ, } P.		εἰμὲν, εἰτὲ, ἔασι, I.
ἔει, } P.		ἐμὲν, ἐτὲ, ἔασσι, P.

Imperfectum.

Sing.	Dual.	Plur.
Ἦν, ἦς, ἦ,	ἦτον, ἤτην,	ἦμεν, ἦτε, ἦσαν.
ἦ, ἦσθα, ἦν, A.		ἦν, Syn.
ἦς, D.		ἦμες, D.
ἔα, ἔης, ἔην, I.		ἔατε, I.
ἦα, ἦες, ἦε, }	ἦςον, ἦςην, Ple.	ἦσμεν, ἦςε, Pleonas.
ἔον, ἔες, ἔε, }	ἔτον, ἔτην, Sys.	ἔσαν, Sys.
εἶν, εἶς & ἔεις, } P.	ἔςον, ἔςην, P.	ἔσσαν, P.
ἔσκον, ἔσκες, ἔσκε, }		ἔσκον, P.
ἔην, ἔησθα, ἔη, }		
ἤην, ἤη,		

Plusquam Perfectum.

Sing.	Dual.	Plur.
*Ἤμην**, ἧσο, ἧτο,	ἥμεθον, ἧσθον, ἥσθην,	ἥμεθα, ἧσθε, [ἧντο.
		ἕατο, I.
		εἵατο, P.

* Ἤμην, et ἔσομαι, à verbo inusitato, ἔομαι, regulariter formantur.

Futurum.

Sing. Dual. Plur.

Ἔσομαι, ἔσῃ, ἔσεται, | όμεθον, εσθον, εσθον, | όμεθα, εσθε, [ονται.
ἐσεῖ, A. ἔϛαι, Sync.
ἐσοῦμαι, ἐσῇ, ἐσεῖται, ἐσούμεθον, &c. D.
ἐσεῦμαι, D.
ἐσσεῦμαι, ἐσσῇ, ἐσσεῖται, &c. D.
ἔσεαι, I.
ἔσσομαι, ἔσσῃ, ἔσσεται, ἐσσόμεθον, &c. P.
ἔσσεαι, P. ἐσόμεσθον, P. ἐσόμεσθα, P.

Imperativus.

Præsens.

Sing. Dual. Plur.

Ἴσθι vel ἔσο, ἔϛω, | ἔϛον, ἔϛων, | ἔϛε, ἔϛωσαν.
ἔσθι, ἔσσο, } P. ἔϛων, ἐσέσθων, } A.
εἶ, Cras. P. ἤτω, A.

Optativus.

Præsens.

Sing. Dual. Plur.

Εἴην, εἴης, εἴη, | εἴητον, εἰήτην, | εἴημεν, εἴητε, εἴησαν.
ἔοιμι, ἔοις, ἔοι, &c. P. εἶμεν, εἶτε, εἶεν, Sync.

Futurum.

Sing. Dual. Plur.

Ἐσοίμην, ἔσοιο, ἔσοιτο, | μεθον, σθον, σθην, | μεθα, σθε, [ντο.
ἐσσοίμην, &c. P.

SUBJUNCTIVUS, ἐὰν.

Præsens.

Sing.			Dual.		Plur.		
Ὦ,	ᾖς,	ᾖ,	ἦτον,	ἦτον,	ὦμεν,	ἦτε,	ωσι.
ἔω,	ἔῃς,	ἔῃ,	ἔητον,	ἔητον,	ἔωμεν,	ἔητε,	ἔωσι, I.
	ᾖσθα, Æ.	ᾖσι, } I.					
		ἔῃσι, } I.			ὦμες, D.		ὦντι, } D.
εἴω,	εἴῃς,	εἴῃ,	εἴητον,	εἴητον,	εἴωμεν, &c. P.		ἐῶντι, } D.
					εἴομεν, Syst.		

INFINITIVUS.

Præs.	Fut.
Εἶναι.	*Ἔσεσθαι.*
ἔμεν, } I.	ἐσεῖσθαι, D.
ἔμεναι, } I.	ἐσσεῖσθαι, D. et P.
ἔμμεναι, Æ.	ἔσσεσθαι, P.
ἦμεν, } D.	
ἦμες, } D.	
εἶμεν, } D.	
ἤμεναι, } D.	
εἴμεναι, P.	

PARTICIPIUM.

Præs. *Nom.*			Præs. *Gen.*			Fut.
Ὢν,	οὖσα,	ὂν,	ὄντος,	οὔσης,	ὄντος.	ἐσόμενος, η, ον.
ἐὼν,	ἐοῦσα,	ἐὸν, I.	ἔοντος,	ἐούσης,	ἔοντος, I.	ἐσσόμενος, &c. P.
εἷς,	εἶσα,	ἓν,	ἕντος, &c. Æ.			
	ἔοισα, } D.		εὖντος, &c. D.			
	εὖσα, } D.					
	ἔασσα, } D.					

PARADIGMA VOCIS PASSIVÆ.

Modus Indicativus.

Præsens.

S. *τύπτομαι,* τύπτῃ,† τύπτεται·* *verberor.*
D. *τυπτόμεθον, τύπτεσθον, τύπτεσθον·*
P. *τυπτόμεθα, τύπτεσθε, τύπτονται.*

Unde Imperfectum.

S. *ἐτυπτόμην, ἐτύπτου,‡ ἐτύπτετο·* *verberabar.*
D. *ἐτυπτόμεθον, ἐτύπτεσθον,—έσθην·*
P. *ἐτυπτόμεθα, ἐτύπτεσθε, ἐτύπτοντο.*

Aoristus secundus.

S. *ἐτύπην, ἐτύπης, ἐτύπη·* *verberatus fui.*
D. *ἐτύπητον, ἐτυπήτην·*
P. *ἐτύπημεν, ἐτύπητε, ἐτύπησαν.*

---

* Quatuor verba, *βούλομαι, ὄψομαι, οἴομαι, ἔσομαι*, et Atticè omnia verba, formant secundam personam in *ει·* ut, *βούλει, ὄψει, οἴει, ἔσει*, et, factâ Crasi, *εἶ*.

† Apud Græcos veteres, secunda persona erat *τύπτεσαι*, ut in *τίθεμαι, τίθεσαι·* et sic in reliquis, à primâ personâ in *μαι*, secunda erat in *σαι*. Iones tollebant *ς*, ac deinde Attici contrahebant *εαι* et *ηαι* in *ῃ*.

‡ Apud Veteres, erat secunda persona in *εσο*. Iones tollebant *σ*, et Attici deinde contrahebant *εο* in *ου*. Sic à primâ personâ in *άμην*, secunda erat *άσο*, Ionicè *αο*, Atticè *ω*.

Unde Futurum secundum.

S. τυπήσομαι, τυπήσῃ, τυπήσεται· verberabor.
D. τυπησόμεθον, τυπήσεσθον, τυπήσεσθον
P. τυπησόμεθα, τυπήσεσθε, τυπήσονται.

Perfectum.

S. τέτυμμαι, τέτυψαι,* τέτυπται· *verberatus fui.*
D. τετύμμεθον, τέτυφθον, τέτυφθον
P. τετύμμεθα, τέτυφθε, τετυμμένοι εἰσί.

Unde Plusquam Perfectum.

S. ἐτετύμμην, ἐτέτυψο, ἐτέτυπτο· *verberatus eram.*
D. ἐτετύμμεθον, ἐτέτυφθον, ἐτετύφθην
P. ἐτετύμμεθα, ἐτέτυφθε, τετυμμένοι ἦσαν.

Unde et Paulò post Futurum.

S. τετύψομαι, τετύψῃ, τετύψεται· *mox verberabor.*
D. τετυψόμεθον, τετύψεσθον, —εσθον·
P. τετυψόμεθα, τετύψεσθε, τετύψονται.

---

* Secunda persona singularis perfecti oritur ex primâ, mutando consonas ante αι in characteristicam futuri primi activi; ut, τέτυμμαι, τέτυψαι, à τύψω· solam verò μ post liquidam thematis; ut, τέτερμαι, τέτερψαι: etiam post γ in ἤλεγμαι, ἤλεγξαι. In quintâ conjugatione μ semper vertitur in σ· ut, ἔσπαρμαι, ἔσπαρσαι.

Tertia singularis oritur ex secundâ, vertendo ς in τ· ut, ἔσπαρσαι, ἔσπαρται· τέτυψαι, τέτυπται· λέλεξαι, λέλεκται. Si verò prima persona exit in σμαι, tertia retinet ς ante terminationem ται· ut, τετέλεσμαι, τετέλεσαι, τετέλεσται· πέφρασμαι, πέφρασαι, πέφρασται.

Secunda et tertia dualis, et secunda pluralis, formantur à tertiâ singulari, mutando tenues suas in aspiratas; ut, τέτυπται, τέτυφθον, τέτυφθε· sumendo item ς ante θ purum; ut, κέκριται, κέκρισθον.

Aoristus primus.

S. ἐτύφθην, ἐτύφθης, ἐτύφθη· *verberatus fui.*
D. ἐτύφθητον, ἐτυφθήτην·
P. ἐτύφθημεν, ἐτύφθητε, ἐτύφθησαν.

Unde Futurum primum.

S. τυφθήσομαι, τυφθήσῃ, τυφθήσεται· *verberatus ero,*
D. τυφθησόμεθον, τυφθήσεσθον,-εσθον· [vel *verberabor.*
P. τυφθησόμεθα, τυφθήσεσθε,—ονται.

Modus Imperativus.

Præsens, et Imperfectum.

S. τύπτε,* τυπτέσθω· *verberare.*
D. τύπτεσθον, τυπτέσθων·
P. τύπτεσθε, τυπτέσθωσαν.

Perfectum, et Plusquam Perfectum.

S. τέτυψο, τετύφθω· *verberatus sis.*
D. τέτυφθον, τετύφθων·
P. τέτυφθε, τετύφθωσαν.

Aoristus primus.

S. τύφθητι, τυφθήτω· *verberator tu.*
D. τύφθητον, τυφθήτων·
P. τύφθητε, τυφθήτωσαν.

---

* Apud Veteres, Imperativus erat τύπτεσο. Idem igitur hic fit, quod in secundâ personâ Imperfecti Indicativi. *vide* P. 66.

Aoristus secundus.

S. *τύπηθι, τυπήτω·* *verberator tu.*
D. *τύπητον, τυπήτων·*
P. *τύπητε, τυπήτωσαν.*

Modus Optativus.

Praesens, et Imperfectum, *εἴθε.*

S. *τυπτοίμην, τύπτοιο, τύπτοιτο· utinam verberer,* vel
D. *τυπτοίμεθον, τύπτοισθον, τυπτοίσθην·* [*verberarer.*
P. *τυπτοίμεθα, τύπτοισθε, τύπτοιντο.*

Perfectum, et Plusquam Perfectum.

S. *τετυμμένος εἴην, εἴης, εἴη·* *verberatus essem.*
D. *τετυμμένω εἴητον, εἰήτην·*
P. *τετυμμένοι εἴημεν, εἴητε, εἴησαν.*

Aoristus *α.*

S. *τυφθείην, τυφθείης, τυφθείη·* *verberatus sim,*
D. *τυφθείητον, τυφθειήτην·* [vel *fuerim.*
P. *τυφθείημεν, τυφθείητε, τυφθείησαν.*

Aoristus *β.*

S. *τυπείην, τυπείης, τυπείη·* *verberatus sim,*
D. *τυπείητον, τυπειήτην·* [vel *fuerim.*
P. *τυπείημεν, τυπείητε, τυπείησαν.*

Futurum *α.*

S. *τυφθησοίμην, τυφθήσοιο, τυφθήσοιτο·* *verberer.*
D. *τυφθησοίμεθον, τυφθήσοισθον, —σοίσθην·*
P. *τυφθησοίμεθα, τυφθήσοισθε, τυφθήσοιντο.*

Futurum β.

S. τυπησοίμην, τυπήσοιο, τυπήσοιτο· *verberer.*
D. τυπησοίμεθον, τυπήσοισθον,—σοίσθην·
P. τυπησοίμεθα, τυπήσοισθε, τυπήσοιντο.

Paulò post Futurum.

S. τετυψοίμην, τετύψοιο, τετύψοιτο· *mox verberatus*
D. τετυψοίμεθον, τετύψοισθον,—ψοίσθην· [*sim.*
P. τετυψοίμεθα, τετύψοισθε, τετύψοιντο.

Modus Subjunctivus.

Præsens, et Imperfectum, ἐὰν.

S. τύπτωμαι, τύπτῃ, τύπτηται· *si verberer*, vel *ver-*
D. τυπτώμεθον, τύπτησθον, τύπτησθον· [*berarer.*
P. τυπτώμεθα, τύπτησθε, τύπτωνται.

Perfectum, et Plusquam Perfectum.

S. τετυμμένος ὦ, ᾗς, ᾗ· *si verberatus sim*, vel
D. τετυμμένω ἦτον, ἦτον· [*essem.*
P. τετυμμένοι ὦμεν, ἦτε, ὦσι.

Aoristus primus.

S. τυφθῶ, τυφθῇς, τυφθῇ· *si verberatus sim*, vel
D. τυφθῆτον, τυφθῆτον· [*fuerim*, vel *fuero.*
P. τυφθῶμεν, τυφθῆτε, τυφθῶσι.

Aoristus secundus.

S. τυπῶ, τυπῇς, τυπῇ· *si verberatus fuero.*
D. τυπῆτον, τυπῆτον·
P. τυπῶμεν, τυπῆτε, τυπῶσι.

Modus Infinitivus.

Præsens, et Imperfectum, *τύπτεσθαι.*
Perfectum, et Plusquam Perf. *τετύφθαι.*
Aoristus primus, *τυφθῆναι.*
Aoristus secundus, *τυπῆναι.*
Futurum primum, *τυφθήσεσθαι.*
Futurum secundum, *τυπήσεσθαι.*
Paulò post Futurum, *τετύψεσθαι.*

PARTICIPIUM.

Præsens, et Imperfectum.

	Nom.	Gen.	
M.	*ὁ τυπτόμενος,*	*τοῦ τυπτομένου,*	*qui verberatur.*
F.	*ἡ τυπτομένη,*	*τῆς τυπτομένης,*	
N.	*τὸ τυπτόμενον.*	*τοῦ τυπτομένου.*	

Perfectum, et Plusquam Perfectum.

M.	*ὁ τετυμμένος,*	*τοῦ τετυμμένου,*	*verberatus.*
F.	*ἡ τετυμμένη,*	*τῆς τετυμμένης,*	
N.	*τὸ τετυμμένον.*	*τοῦ τετυμμένου.*	

Aoristus primus.

M.	*ὁ τυφθεὶς,*	*τοῦ τυφθέντος,*	*verberatus.*
F.	*ἡ τυφθεῖσα,*	*τῆς τυφθείσης,*	
N.	*τὸ τυφθὲν.*	*τοῦ τυφθέντος.*	

Aoristus secundus.

M.	*ὁ τυπεὶς,*	*τοῦ τυπέντος,*	*verberatus.*
F.	*ἡ τυπεῖσα,*	*τῆς τυπείσης,*	
N.	*τὸ τυπὲν.*	*τοῦ τυπέντος.*	

Futurum primum.

	Nom.	Gen.	
M.	ὁ τυφθησόμενος,	τȣ̃ τυφθησομένȣ,	*verberandus.*
F.	ἡ τυφθησομένη,	τῆς τυφθησομένης,	
N.	τὸ τυφθησόμενον.	τȣ̃ τυφθησομένȣ.	

Futurum secundum.

M.	ὁ τυπησόμενος,	τȣ̃ τυπησομένȣ,	*verberandus.*
F.	ἡ τυπησομένη,	τῆς τυπησομένης,	
N.	τὸ τυπησόμενον.	τȣ̃ τυπησομένȣ.	

Paulò post Futurum.

M.	ὁ τετυψόμενος,	τȣ̃ τετυψομένȣ,	*mox verberan-*
F.	ἡ τετυψομένη,	τῆς τετυψομένης,	*[dus.*
N.	τὸ τετυψόμενον.	τȣ̃ τετυψομένȣ.	

Cognata Tempore in Voce Passiva.

	Indicat.	Imper.	Optat.	Subjunct.	Infin.	Particip.
Præs.	τύπτομαι	τύπτε	τυπτοίμην	τύπτωμαι	τύπτεσθαι	τυπτόμενος
Imperf.	ἐτυπτόμην					
Aor. β.	ἐτύπην	τύπηθι	τυπείην	τυπῶ	τυπῆναι	τυπείς
Fut. β.	τυπήσομαι		τυπησοίμην		τυπήσεσθαι	τυπησόμενος
Perf.	τέτυμμαι	τέτυψο	τετυμμένος εἴην	τετυμμένος ὦ	τετύφθαι	τετυμμένος
Plusq. Perf.	ἐτετύμμην					
Paul. p. F.	τετύψομαι		τετυψοίμην		τετύψεσθαι	τετυψόμενος
Aor. α.	ἐτύφθην	τύφθητι	τυφθείην	τυφθῶ	τυφθῆναι	τυφθείς
Fut. α.	τυφθήσομαι		τυφθησοίμην		τυφθήσεσθαι	τυφθησόμενος

	Indicat.	Imper.	Optat.	Subjunct.	Infin.	Particip.
Præs.	λέγομαι	λέγε	λεγοίμην	λέγωμαι	λέγεσθαι	λεγόμενος
Imperf.	ἐλεγόμην					
Aor. β.	ἐλέγην	λέγηθι	λεγείην	λεγῶ	λεγῆναι	λεγείς
Fut. β.	λεγήσομαι		λεγησοίμην		λεγήσεσθαι	λεγησόμενος
Perf.	λέλεγμαι	λέλεξο	λελεγμένος εἴην	λελεγμένος ὦ	λελέχθαι	λελεγμένος
Plusq. Perf.	ἐλελέγμην					
Paul. p. F.	λελέξομαι		λελεξοίμην		λελέξεσθαι	λελεξόμενος
Aor. α.	ἐλέχθην	λέχθητι	λεχθείην	λεχθῶ	λεχθῆναι	λεχθείς
Fut. α.	λεχθήσομαι		λεχθησοίμην		λεχθήσεσθαι	λεχθησόμενος

	Indicat.	Imper.	Optat.	Subjunct.	Infin.	Particip.
Præs.	ϖείθομαι	ϖείθε	ϖειθοίμην	ϖείθωμαι	ϖείθεσθαι	ϖειθόμενος
Imperf.	ἐπειθόμην					
Aor. β.	ἐπίθην	ϖίθηΐι	ϖιθείην	ϖιθῶ	ϖιθῆναι	ϖιθεὶς
Fut. β.	ϖιθήσομαι		ϖιθησοίμην		ϖιθήσεσθαι	ϖιθησόμενος
Perf.	ϖέπεισμαι	ϖέπεισο	ϖεπεισμένος εἴην	ϖεπεισμένος ὦ	ϖεπεῖσθαι	ϖεπεισμένος
Plusq.Perf.	ἐπεπείσμην					
Paul. p. F.	ϖεπείσομαι		ϖεπεισοίμην		ϖεπείσεσθαι	ϖεπεισόμενος
Aor. α.	ἐπείσθην	ϖείσθηΐι	ϖεισθείην	ϖεισθῶ	ϖεισθῆναι	ϖεισθεὶς
Fut. α.	ϖεισθήσομαι		ϖεισθησοίμην		ϖεισθήσεσθαι	ϖεισθησόμενος

	Indicat.	Imper.	Optat.	Subjunct.	Infin.	Particip.
Præs.	φράζομαι	φράζε	φραζοίμην	φράζωμαι	φράζεσθαι	φραζόμενος
Imperf.	ἐφραζόμην					
Aor. β.	ἐφράδην	φράδηθι	φραδείην	φραδῶ	φραδῆναι	φραδεὶς
Fut. β.	φραδήσομαι		φραδησοίμην		φραδήσεσθαι	φραδησόμενος
Perf.	ϖέφρασμαι	ϖέφρασο	ϖεφρασμένος εἴην	ϖεφρασμένος ὦ	ϖεφράσθαι	ϖεφρασμένος
Plusq. Perf.	ἐπεφράσμην					
Paul. p. F.	ϖεφράσομαι		ϖεφρασοίμην		ϖεφράσεσθαι	ϖεφρασόμενος
Aor. α.	ἐφράσθην	φράσθηΐι	φρασθείην	φρασθῶ	φρασθῆναι	φρασθεὶς
Fut. α.	φρασθήσομαι		φρασθησοίμην		φρασθήσεσθαι	φρασθησόμενος

	Indicat.	Imper.	Optat.	Subjunct.	Infin.	Particip.
Præs.	σπείρομαι	σπείρου	σπειροίμην	σπείρωμαι	σπείρεσθαι	σπειρόμενος
Imperf.	ἐσπειρόμην					
Aor. β.	ἐσπάρην	σπάρηθι	σπαρείην	σπαρῶ	σπαρῆναι	σπαρεὶς
Fut. β.	σπαρήσομαι		σπαρησοίμην		σπαρήσεσθαι	σπαρησόμενος
Perf.	ἔσπαρμαι	ἔσπαρσο	ἐσπαρμένος εἴην	ἐσπαρμένος ὦ	ἐσπάρθαι	ἐσπαρμένος
Plusq. Perf.	ἐσπάρμην					
Paul. p. F.	ἐσπάρσομαι		ἐσπαρσοίμην		ἐσπάρσεσθαι	ἐσπαρσόμενος
Aor. α.	ἐσπάρθην	σπάρθητι	σπαρθείην	σπαρθῶ	σπαρθῆναι	σπαρθεὶς
Fut. α.	σπαρθήσομαι		σπαρθησοίμην		σπαρθήσεσθαι	σπαρθησόμενος

	Indicat.	Imper.	Optat.	Subjunct.	Infin.	Particip.
Præs.	ἀκούομαι	ἀκούου	ἀκουοίμην	ἀκούωμαι	ἀκούεσθαι	ἀκουόμενος
Imperf.	ἠκουόμην					
Aor. β.	ἠκόην	ἀκόηθι	ἀκοείην	ἀκοῶ	ἀκοῆναι	ἀκοεὶς
Fut. β.	ἀκοήσομαι		ἀκοησοίμην		ἀκοήσεσθαι	ἀκοησόμενος
Perf.	ἤκουσμαι	ἤκουσο	ἠκουσμένος εἴην	ἠκουσμένος ὦ	ἠκοῦσθαι	ἠκουσμένος
Plusq. Perf.	ἠκούσμην					
Paul. p. F.	ἠκούσομαι		ἠκουσοίμην		ἠκούσεσθαι	ἠκουσόμενος
Aor. α.	ἠκούσθην	ἀκούσθητι	ἀκουσθείην	ἀκουσθῶ	ἀκουσθῆναι	ἀκουσθεὶς
Fut. α.	ἀκουσθήσομαι		ἀκουσθησοίμην		ἀκουσθήσεσθαι	ἀκουσθησόμενος

Formatio Temporum in Voce Passiva.

Novem sunt tempora in voce Passivâ, quorum tria deducuntur ab Activâ;	Præsens, Præteritum, et Aoristus secundus.

Præsens.

Præsens formatur à Præsenti Activo, mutando ω in ομαι· ut, τύπτω, τύπτομαι.

Imperfectum.

Imperfectum formatur à Præsenti, mutando μαι in μην, et præponendo augmentum; ut, τύπτομαι, ἐτυπτόμην.

Aoristus secundus.

Aoristus secundus formatur ab Aoristo secundo Activo, vertendo ον in ην· ut, ἔτυπον, ἐτύπην.

Futurum secundum.

Futurum secundum formatur à tertiâ personâ singulari Aoristi secundi, addendo σομαι, et abjiciendo augmentum; ut, ἐτύπη, τυπήσομαι.

Præteritum Perfectum.

Præteritum Perfectum formatur à Præterito Activo, mutando, in conjugatione

Primâ, φα purum in μμαι, μ geminato; ut, τέτυφα, τέτυμμαι· φα impurum in μαι· ut, τέτερφα, τέτερμαι.

Secundâ, χα in γμαι· ut, λέλεχα, λέλεγμαι.

Tertiâ, κα in σμαι· ut, πέπεικα, πέπεισμαι.

Quartâ, { χα in γμαι· ut, τέταχα, τέταγμαι. κα in σμαι· ut, πέφρακα, πέφρασμαι. }

Quintâ, κα in μαι· ut, ἔψαλκα, ἔψαλμαι· sed πέφαγκα, πέφαμμαι.

Sextâ, κα in { σμαι, si penultima præteriti activi sit brevis; ut, τετέλεκα, τετέλεσμαι. μαι, si penultima præteriti activi sit longa; ut, πεποίηκα, πεποίημαι. }

Excipiuntur,

Ἤκουσμαι, ab ἀκούω, *audio;*
Κέκρουσμαι, à κρούω, *pulso;*
Ἔπταισμαι, à πταίω, *impingo;*
Κεκέλευσμαι, à κελεύω, *jubeo;*
Κέκλεισμαι, à κλείω, *claudo;*
Σέσεισμαι, à σείω, *quatio;*
Ἔγνωσμαι, à γνόω, *cognosco;*
Τέθραυσμαι, à θραύω, *frango,* &c.

Quædam etiam verba excipiuntur, quæ, etiamsi penultima præteriti activi corripiatur, σ non admittunt; ut, ἤρομαι, *aratus sum,* ab ἤροκα, *aravi;* ἤλαμαι, *agitatus sum,* ab ἤλακα, *agitavi;* et quædam alia.

A verbis in νω Attici faciunt præteritum passivum per σμαι· ut, μιαίνω, *inquino,* μεμίασμαι· φαίνω, *ostendo,* πέφασμαι.

Quædam ex ευ, penultimâ præteriti activi, abjiciunt ε in penultimâ præteriti passivi; ut, ex πέφευχα, πέφυγμαι· τέτευχα, τέτυγμαι· sic ἔσσυμαι, κέχυμαι, πέπυσμαι.

Quæ habent ρε ita implicitum cum consonante, ut ex iis una syllaba efficiatur, mutant ε in α· ut,

ϛρέφω, ἔϛρεφα, ἔϛραμμαι, verto: excipe *βέϐρεγμαι,* à *βρέχω, rigo.*

Plusquam Perfectum.

Plusquam Perfectum formatur à Perfecto, mutando *μαι* in *μην*, et præfigendo *ε*, si Præteritum incipiat à consonante; ut, *τέτυμμαι, ἐτέτύμμην.*

Cùm Præteriti, et Plusquam Perfecti, tertia singularis desinit in *ται* vel *το* impurum, circumloquimur tertiam pluralem per participium et *εἰσὶ·* ut, *τέτυπται, τετυμμένοι εἰσί.*

Cùm verò *ται* vel *το* sit purum, tertia pluralis fit ex tertiâ singulari addendo *ν* ante *ται* vel *το·* ut, *κέκριται, κέκρινται· πεποίηται, πεποίηνται.* Et interdum circumlocutio per Participium et *εἰμὶ* non fit in Optativis et Subjunctivis; ut, *ἐκταίμην, -αῖο, -αῖτο,* Optat. et *ἔκτωμαι, -ῃ, -ηται,* Subjunct. à *κτείνω, occido:* præcipuè autem in verbis contractis; ut, *πεποιήμην, -ῇο, -ῇτο· κεκλήμην, -ῇο, -ῇτο,* punctulo subjecto.

Iones formant tertiam pluralem à tertiâ singulari, in quibusdam temporibus, interserendo *α* ante *ται* vel *το·* ut, *ἔψαλται, ἐψάλαται.** Verùm si tenuis præcedat, vertitur in suam aspiratam; et *σ* in *ϑ*, aliquando in *δ·* ut, *τέτυπται, τετύφαται· πέπεισται, πεπείθαται· ἐσκεύαϛαι, ἐσκευάδαται.* Si vocalis longa vel diphthongus præcedat, plerumque corripitur; ut, *κεκόσμηται, κεκοσμέαται, ornati fuerunt; τέθειται, τεθέαται, positi sunt.*

---

* Attici quoque scriptores usurpant hanc tertiam pluralem in *αται* et *ατο*. Æschyl. Sophoc. Eurip. Aristoph. passim.

Paulò post Futurum.

Paulò post Futurum formatur à secundâ personâ Præteriti, mutando *αι* in *ομαι* ut, *τέτυψαι, τετύψομαι*.

Aoristus primus.

Aoristus primus formatur à tertiâ personâ singulari Præteriti, mutando *αι* in *ην*, tenues in aspiratas, et detrahendo literam geminationis; ut, *τέτυπται, ἐτύφθην*.

Exceptiones.

Excipiuntur,
- *ἐμνήσθην* à *μέμνηται*, *recordatus sum*, } quæ adsumunt
- *ἐῤῥώσθην* ab *ἔῤῥωται*, *convalui*, } *σ*.
- *ἐσώθην* à *σέσωςαι*, *servatus sum*, quod abjicit *σ*.

Verba, quæ in Præterito verterant *ε* in *α*, in Aoristo primo resumunt *ε*· ut, *ἔςραμμαι, ἐςρέφθην*· et, quæ abjecerant *ν*, poëticè hîc illud recipiunt; ut, *ἐκλίνθην*, pro *ἐκλίθην*, *inclino*.

Futurum primum.

Futurum primum formatur à tertiâ personâ singulari Aoristi primi, addendo *σομαι*, et amovendo augmentum; ut, *ἐτύφθη, τυφθήσομαι*.

Reliqui modi formantur ab Indicativo, et tempora à suis temporibus.

VOX MEDIA.

VOX Media ita dicitur, quia mediam inflexionem, et mediam significationem, partim passivam, partim activam, habet.

I. Ex verbis mediis, quædam sunt merè deponentia, habentque activam significationem, sine ullâ activâ voce; ut, *δέχομαι*, *excipio*, *δέξομαι*, *excipiam*, *ἐδεξάμην*, *excepi*.

II. Quædam sunt neutra, habentque passivam significationem cum inflexione partim passivâ, partim activâ; ut, *τήκομαι*, *τέτηκα*, *contabui*; *σήπομαι*, *σέσηπα*, *computrui*; *μαίνομαι*, *μέμηνα*, *insanivi*.

III. Quædam sunt, sensù verè medio, quæ *reciproca* dici possint; ut, *λόομαι*, *lavo me ipsum*, vel *lavor à me ipso*; ubi actio reflectitur in agentem.

IV. Quædam sunt, quæ activam licèt vocem usitatam habeant, in mediâ voce sensum tamen activum fere habent; præsertim in Aoristo primo et Futuro primo.

Cognata Tempore in Voce Media.

	Indicat.	Imperat.	Optat.	Subjunct.	Infin.	Particip.
Præs.	τύπτομαι	τύπτου	τυπτοίμην	τύπτωμαι	τύπτεσθαι	τυπτόμενος
Imperf.	ἐτυπτόμην					
Aor. β.	ἐτυπόμην	τυποῦ	τυποίμην	τύπωμαι	τυπέσθαι	τυπόμενος
Fut. β.	τυποῦμαι		τυποίμην		τυπεῖσθαι	τυπούμενος
Fut. α.	τύψομαι		τυψοίμην		τύψεσθαι	τυψόμενος
Aor. α.	ἐτυψάμην	τύψαι	τυψαίμην	τύψωμαι	τύψασθαι	τυψάμενος
Perf.	τέτυπα	τέτυπε	τετύποιμι	τετύπω	τετυπέναι	τετυπώς
Plusq. Perf.	ἐτετύπειν					
	Indicat.	Imperat.	Optat.	Subjunct.	Infin.	Particip.
Præs.	λέγομαι	λέγου	λεγοίμην	λέγωμαι	λέγεσθαι	λεγόμενος
Imperf.	ἐλεγόμην					
Aor. β.	ἐλεγόμην	λεγοῦ	λεγοίμην	λέγωμαι	λεγέσθαι	λεγόμενος
Fut. β.	λεγοῦμαι		λεγοίμην		λεγεῖσθαι	λεγούμενος
Fut. α.	λέξομαι		λεξοίμην		λέξεσθαι	λεξόμενος
Aor. α.	ἐλεξάμην	λέξαι	λεξαίμην	λέξωμαι	λέξασθαι	λεξάμενος
Perf.	λέλογα	λέλογε	λελόγοιμι	λελόγω	λελογέναι	λελογώς
Plusq. Perf.	ἐλελόγειν					

	Indicat.	Imperat.	Optat.	Subjunct.	Infin.	Particip.
Præs.	ϖείθομαι	ϖεῖθε	ϖειθοίμην	ϖείθωμαι	ϖείθεσθαι	ϖειθόμενος
Imperf.	ἐπειθόμην					
Aor. β.	ἐπιθόμην	ϖιθȣ͂	ϖιθοίμην	ϖίθωμαι	ϖιθέσθαι	ϖιθόμενος
Fut. β.	ϖιθȣ͂μαι		ϖιθοίμην		ϖιθεῖσθαι	ϖιθȣ́μενος
Fut. α.	ϖείσομαι		ϖεισοίμην		ϖείσεσθαι	ϖεισόμενος
Aor. α.	ἐπεισάμην	ϖεῖσαι	ϖεισαίμην	ϖείσωμαι	ϖείσασθαι	ϖεισάμενος
Perf.	ϖέποιθα	ϖέποιθε	ϖεποίθοιμι	ϖεποίθω	ϖεποιθέναι	ϖεποιθὼς
Plusq. Perf.	ἐπεποίθειν					

	Indicat.	Imperat.	Optat.	Subjunct.	Infin.	Particip.
Præs.	φράζομαι	φράζε	φραζοίμην	φράζωμαι	φράζεσθαι	φραζόμενος
Imperf.	ἐφραζόμην					
Aor. β.	ἐφραδόμην	φραδȣ͂	φραδοίμην	φράδωμαι	φραδέσθαι	φραδόμενος
Fut. β.	φραδȣ͂μαι		φραδοίμην		φραδεῖσθαι	φραδȣ́μενος
Fut. α.	φράσομαι		φρασοίμην		φράσεσθαι	φρασόμενος
Aor. α.	ἐφρασάμην	φράσαι	φρασαίμην	φράσωμαι	φράσασθαι	φρασάμενος
Perf.	ϖέφραδα	ϖέφραδε	ϖεφράδοιμι	ϖεφράδω	ϖεφραδέναι	ϖεφραδὼς
Plusq. Perf.	ἐπεφράδειν					

	Indicat.	Imperat.	Optat.	Subjunct.	Infin.	Particip.
Præs.	σπείρομαι	σπείρȣ	σπειροίμην	σπείρωμαι	σπείρεσθαι	σπειρόμενος
Imperf.	ἐσπειρόμην					
Aor. β.	ἐσπαρόμην	σπαρȣ̃	σπαροίμην	σπάρωμαι	σπαρέσθαι	σπαρόμενος
Fut. β.	σπαρȣ̃μαι		σπαροίμην		σπαρεῖσθαι	σπαρȣ́μενος
Fut. a.	σπερȣ̃μαι		σπεροίμην		σπερεῖσθαι	σπερȣ́μενος
Aor. a.	ἐσπειράμην	σπεῖραι	σπειραίμην	σπείρωμαι	σπείρασθαι	σπειράμενος
Perf.	ἔσπορα	ἔσπορε	ἐσπόροιμι	ἐσπόρω	ἐσπορέναι	ἐσπορὼς
Plusq. Perf.	ἐσπόρειν					

	Indicat.	Imperat.	Optat.	Subjunct.	Infin.	Particip.
Præs.	ἀκέομαι	ἀκέȣ	ἀκȣοίμην	ἀκέωμαι	ἀκέεσθαι	ἀκȣόμενος
Imperf.	ἠκȣόμην					
Aor. β.	ἠκοόμην	ἀκοȣ̃	ἀκοοίμην	ἀκόωμαι	ἀκοέσθαι	ἀκοόμενος
Fut. β.	ἀκοȣ̃μαι		ἀκοοίμην		ἀκοεῖσθαι	ἀκοȣ́μενος
Fut. a.	ἀκέσομαι		ἀκȣσοίμην		ἀκέσεσθαι	ἀκȣσόμενος
Aor. a.	ἠκȣσάμην	ἄκȣσαι	ἀκȣσαίμην	ἀκέσωμαι	ἀκέσασθαι	ἀκȣσάμενος
Perf.	ἤκοα	ἤκοε	ἠκόοιμι	ἠκόω	ἠκοέναι	ἠκοὼς
Plusq. Perf.	ἠκόειν					

Formatio Temporum in VOCE MEDIA.

Præsens est idem cum Præsenti Passivo.
Imperfectum est idem cum Imperfecto Passivo.

Aoristus secundus.

Aoristus secundus formatur ab Aoristo secundo Activo, mutando ον in όμην· ut, ἔτυπον, ἐτυπόμην.

Futurum secundum.

Futurum secundum formatur à Futuro secundo Activo, mutando ῶ in ȣ̃μαι· ut, τυπῶ, τυπȣ̃μαι·

Sing. τυπȣ̃μαι, τυπῇ, τυπεῖται·
Dual. τυπȣ́μεθον, τυπεῖσθον, τυπεῖσθον·
Plur. τυπȣ́μεθα, τυπεῖσθε, τυπȣ̃νται.

Excipe πίομαι, *bibam*; ἔδομαι, *edam*; φάγομαι, *edam*, φάγεσαι, φάγεται· et Poëtica illa, βέομαι, *ibo*; νέομαι, per Crasin νεῦμαι, *ibo*.

Futurum primum.

Futurum primum formatur à Futuro primo Activo, vertendo ω in ομαι· ut, τύψω, τύψομαι. Sed in quintâ conjugatione in ȣ̃μαι· ut, ψαλῶ, ψαλȣ̃μαι· et Attici in quartâ et sextâ faciunt quoque ȣ̃μαι· ut, κομιῶ, κομιȣ̃μαι· ὀμῶ, ὀμȣ̃μαι· usurpant idem interdum in reliquis conjugationibus; ut, φευξȣ̃μαι à φεύγω. Dores certè in omnibus.

Aoristus primus.

Aoristus primus formatur ab Aoristo primo Activo, addendo μην· ut, ἔτυψα, ἐτυψάμην·

Sing. ἐτυψάμην, ἐτύψω, ἐτύψατο·
Dual. ἐτυψάμεθον, ἐτύψασθον, ἐτυψάσθην·
Plur. ἐτυψάμεθα, ἐτύψασθε, ἐτύψαντο.

Imperativus.

Sing. *τύψαι, τυψάσθω·*
Dual. *τύψασθον, τυψάσθων·*
Plur. *τύψασθε, τυψάσθωσαν.*

Optativus.

Sing. *τυψαίμην, τύψαιο, τύψαιτο·*
Dual. *τυψαίμεθον, τύψαισθον, τυψαίσθην·*
Plur. *τυψαίμεθα, τύψαισθε, τύψαιντο.*

Præteritum Medium.

Præteritum medium formatur à præterito Activo, assumendo characteristicam Aoristi secundi pro *suâ; ut, *τέτυφα, τέτυπα·* vel ab Aoristo † secundo, mutando *ον* in *α*, et præponendo reduplicationem, si verbum incipiat à simplici consonante, vel à mutâ cum liquidâ; ut, *ἔτυπον, τέτυπα.*

Regulæ.

Penultima Præteriti medii plerumque est eadem cum penultimâ Præteriti Activi:

Sed in penultimâ Præteriti medii	*ει* / *αι* / *α*	Præsentis Activi mutatur in	*οι* / *η* / *η*

ut,
πείθω, πέποιθα, persuadeo.
φαίνω, πέφηνα, ostendo.
θάλλω, τέθηλα, germino.

---

* Præter *δείδω, δέδοικα, timeo;* ubi characteristica Præteriti Activi servatur in Præterito medio.

† Præterita media non semper habent penultimam *brevem* Aoristi secundi; multa retinent, ex Præsente, penultimam *longam;* ut, *βέβρῑθα, τέτρῑγα, ἔρρῑγα, μέμῡκα, πέπρᾱγα, κέκευθα·* *η, ω,* et *ευ* Præsentis manent plerumque in penultimâ Præteriti medii.

Sed α aliquando servatur; ut, ἔψαλα, *cecini*.

Dissyllaba, quæ habent ε in penultimâ Futuri primi, mutant ε in ο in penultimâ Præteriti medii; ut, λέγω, λέξω, λέλογα, *dico*; et σπείρω, σπερῶ, ἔσπορα, *sero*.

Cùm χ, vel φ, sit characteristica thematis, idem est Præteritum activum, et Præteritum medium.

Plusquam Perfectum Medium.

Plusquam Perfectum medium formatur à Præterito, mutando α in ειν, et præponendo ε, si Præteritum incipiat à consonante; ut, τέτυπα, ἐτετύπειν, ut in voce activâ.*

VERBA CIRCUMFLEXA, *sive* CONTRACTA.

Verba Circumflexa dicuntur, quia habent circumflexum in ultimâ syllabâ Præsentis.

Oriuntur è verbis sextæ conjugationis in έω, άω, όω· unde tres circumflexorum conjugationes.

Prima in έω,	Fut. in	ήσω	Præt. in	ηκα.
Secunda in άω,		ήσω		ηκα.
Tertia in όω,		ώσω		ωκα.

* Apud veteres Græcos Plusquam Perfectum sic inflectebatur:

Ionicè.		Atticè.
ᾔδεα, *sciveram*,	—	ᾔδη per contractionem.
ᾔδεες,	— —	ᾔδεις,
ᾔδεε,	— —	ᾔδει, et, ν addito, ᾔδειν, et ᾔδη.

Exceptiones in primâ conjugatione.

Quædam verba primæ conjugationis formant Futurum, atque Præteritum, et in ήσω et έσω, et in ηκα et εκα, cum η et ε· ut, καλέω, *voco;* αἰνέω, *laudo;* κορέω, *satio,* &c.

Quædam etiam ε solummodò, penultimam Præsentis, retinent; ut, τελέω, *perficio;* ἀρκέω, *propulso,* &c.

Dissyllaba in έω formant Futurum in εύσω· scilicet, χέω, *fundo;* ῥέω, *fluo;* πνέω, *flo;* πλέω, *navigo.** Excipiuntur, δέω, δήσω, *ligo;* τρέω, τρέσω, *tremo;* et ζέω, ζέσω, *ferveo.*

Exceptiones in secundâ conjugatione.

Verba quæ habent ε vel ι ante άω· ut, ἐάω, *permitto;* κοπιάω, *laboro*†; item trisyllaba, quæ habent λ, vel ϱ,‡ ante άω, modò immediatè præcedat vocalis, non consonans; ut, περάω, *transeo;* γελάω, *rideo;* et dissyllaba, quæ habent λ, vel ϱ,§ ante άω· ut, θλάω, *tundo;* κλάω, *frango;* δράω, *facio;* formant Futurum in άσω, et Præteritum in ακα.

Exceptiones in tertiâ conjugatione.

Verba in όω, quæ non à nomine descendunt, formant Futurum per ο· ut, ἀρόω, *aro,* ἀρόσω· ὀνόω, *vitupero,* ὀνόσω.

---

* Hæc verò Futura rectiùs à Præsentibus in εύω, fere inusitatis, derivantur.

† Sic θεάομαι, *specto,* θεάσομαι.

‡ Item μ, ν· ut, κρεμάω, κρεμάσω· πεινάω, πεινάσω.

§ Item π, θ· ut, σπάω, σπάσω· φθάω, φθάσω· πάομαι, quoque πάσομαι.

Observationes.

Contrahuntur Præsens et Imperfectum solummodò. In cæteris temporibus sequuntur formam verborum sextæ conjugationis.

In dissyllabis primæ conjugationis, prima singularis, prima quoque et tertia pluralis, non contrahuntur; ut, ϖλέω, ϖλέομεν, ϖλέȣσι, non ϖλῶ, ϖλȣ͂μεν, ϖλȣ͂σι· uti nec in optativis, nec subjunctivis.

In dissyllabis secundæ conjugationis omnes personæ contrahuntur.

Horum verborum forma simplex ac non contracta usitatior est Ionibus; Atticis, et reliquis fere Græcis, forma contracta.

Verba circumflexa carent plerumque Aoristo secundo, Futuro secundo, et Præterito medio.

Exceptiones.

Quæ verò in ω impurum post contractionem desinunt, in primâ et secundâ conjugatione, habent Aoristum secundum, Futurum secundum, et Præteritum medium; ut, δȣπέω, δȣπῶ, ἔδȣπον, δȣπῶ, δέδȣπα, *sono*; μυκάω, μυκῶ, ἔμυκον, μυκῶ, μέμυκα, *mugio*.

Ratio Contrahendi.

I. In primâ conjugatione, εε contrahitur in ει, et εο in ȣ.

Si vocalis longa, aut diphthongus, sequitur ε, fit contractio tollendo ε.

II. In secundâ conjugatione, si ο, vel ω, vel οι, vel ȣ, sequitur α, fit contractio in ω.

Si quævis alia vocalis, aut diphthongus, sequitur α, fit contractio in α.

Dores contrahunt *άεις* in *ῇς*, *άει* in *ῇ*, et *άειν* in *ῆν*· ut, *ὁράεις ὁρῇς*, *ὁράει ὁρῇ*, *ὁράειν ὁρῆν*· et Attici in his quatuor, *ζῶ*, *ζῇς*, *ζῇ*, *vivo; πεινῶ*, *νῇς*, *νῇ*, *esurio; διψῶ*, *ῇς*, *ῇ*, *sitio; χρῶμαι*, *χρῇ*, *χρῆται*, *χρῆσθαι*, *utor*.

Æoles vertunt, in infinitivo, *ᾶν* in *αῖς*· ut, *γελαῖς*, pro *γελᾶν*.

Poëtæ, in secundâ hâc conjugatione, post contractionem in *ω*, præponunt *ο*· ut, *καρηκομῶντες*, *καρηκομόωντες*, à *καρηκομάω*, *caput comatum habeo**; et *α* nonnunquam geminant; ut, *τιμάασθαι*, pro *τιμᾶσθαι*.†

III. In tertiâ conjugatione, si *ω*, vel *η*,‡ sequitur *ο*, fit contractio in *ῶ*.

Si *ε*, vel *ȣ*, vel *ο*, sequitur *ο*, fit contractio in *ȣ*.

Si quævis alia diphthongus sequitur *ο*, fit contractio in *οι*, nisi in Infinitivo, qui contrahitur in *ȣ̑ν*· ut, *χρυσόειν*, *χρυσȣ̑ν*.

---

* Eodem contrahendi genere Poëtæ in nominibus etiam utuntur; ut, *φάος*, *lux*, per crasin *φῶς*, et poëticè *φόως*.

† Si syllaba, quæ præcedit *α* inserto, sit longa, *α* etiam insertum longum est; ut, *μενοῖνᾱα*· si brevis, breve; ut, *ἰσχᾰνᾰα*.

‡ Id est, *η* vocalis; nam si sit *ῃ* diphthongus, fit contractio in *οι*.

Paradigma Verborum Circumflexorum.

I. VOX ACTIVA.

Indicativus.

Præsens.

	Sing.			Dual.		Plur.		
1	φιλέω, ῶ	έεις, εῖς	έει, εῖ	έε, εῖ	τον	έο, ȣ̂	έε, εῖ	έȣ, ȣ̂
2	τιμάω, ῶ	άεις, ᾷς	άει, ᾷ	άε, ᾶ, τον		άο, ῶ, μεν	άε, ᾶ, τε	άȣ, ῶ, σι
3	χρυσόω, ῶ	όεις, οῖς	όει, οῖ	όε, ȣ̂		όο, ȣ̂	όε, ȣ̂	όȣ, ȣ̂

Imperfectum.

	Sing.			Dual.		Plur.		
1	ἐφίλεον, ȣν	εες, εις	εε, ει	έε, εῖ	εέ, εί	έο, ȣ̂	έε, εῖ	εον, ȣν
2	ἐτίμαον, ων	αες, ας	αε, α	άε, ᾶ, τον	αέ, ά, την	άο, ῶ, μεν	άε, ᾶ, τε	αον, ων
3	ἐχρύσοον, ȣν	οες, ȣς	οε, ȣ	όε, ȣ̂	οέ, ȣ́	όο, ȣ̂	όε, ȣ̂	οον, ȣν

Imperativus.

	Sing.		Dual.		Plur.	
1	φίλεε, ει	εέ, εί	έε, εῖ	εέ, εί	έε, εῖ	εέ, εί
2	τίμαε, α	αέ, ά, τω	άε, ᾶ, τον	αέ, ά, των	άε, ᾶ, τε	αέ, ά, τωσαν
3	χρύσοε, ȣ	οέ, ȣ́	όε, ȣ̂	οέ, ȣ́	όε, ȣ̂	οέ, ȣ́

Optativus, εἴθε.

	Sing.			Dual.		Plur.		
1	φιλέοιμι, οῖ	έοις, οῖς	έοι, οῖ	έοι, οῖ	εοί, οί	έοι, οῖ	έοι, οῖ	έοι, οῖ
2	τιμάοιμι, ῷ, μι	άοις, ῷς	άοι, ῷ	άοι, ῷ, τον	αοί, ῴ, την	άοι, ῷ, μεν	άοι, ῷ, τε	άοι, ῷ, εν*
3	χρυσόοιμι, οῖ	όοις, οῖς	όοι, οῖ	όοι, οῖ	οοί, οί	όοι, οῖ	όοι, οῖ	όοι, οῖ

Subjunctivus, ἐάν.

	Sing.			Dual.		Plur.		
1	φιλέω, ῶ	έῃς, ῇς	έῃ, ῇ	έῃ, ῇ		έω, ῶ	έῃ, ῇ	έω, ῶ
2	τιμάω, ῶ	άῃς, ᾷς	άῃ, ᾷ	άῃ, ᾶ, τον	τον	άω, ῶ, μεν	άῃ, ᾶ, τε	άω, ῶ, σι
3	χρυσόω, ῶ	όῃς, οῖς	όῃ, οῖ	όῃ, ῶ		όω, ῶ	όῃ, ῶ	όω, ῶ

Infinitivus.

Præsens. 1. φιλέειν, φιλεῖν. 2. τιμάειν, τιμᾶν. 3. χρυσόειν, χρυσοῦν.

Participium.

	Nom. Mas.	Nom. Fœm.	Nom. Neut.	Gen. Mas.	Gen. Fœm.	Gen. Neut.
1	φιλέων, ῶν	φιλέουσα, οῦσα	φιλέον, οῦν	φιλέοντος, οῦντος	εούσης, ούσης	έοντος, οῦντος
2	τιμάων, ῶν	τιμάουσα, ῶσα	τιμάον, ῶν	τιμάοντος, ῶντος	αούσης, ώσης	άοντος, ῶντος
3	χρυσόων, ῶν	χρυσόουσα, οῦσα	χρυσόον, οῦν	χρυσόοντος, οῦντος	οούσης, ούσης	όοντος, οῦντος

* Atticis Optativus usitatior, φιλοίην, ης, η; τιμῴην, ῴης, η; χρυσοίην, ης, η; &c. more Barytonorum.

II. VOX PASSIVA.

Indicativus.

Præsens.

	Sing.			Dual.			Plur.		
1	φιλέο, ȣ̂	εη, ῇ	έε, εῖ	εό, ȣ́	έε, εῖ		εό, ȣ́	έε, εῖ	έον, ȣ̂ν
2	τιμάο, ῶ, μαι	άη, ᾷ	άε, ᾶ, ται	αό, ώ, μεθον	άε, ᾶ, σθον	σθον	αό, ώ, μεθα	άε, ᾶ, σθε	άον, ῶν, ται
3	χρυσόο, ȣ̂	όη, οῖ	όε, ȣ̂	οό, ȣ́	όε, ȣ̂		οό, ȣ́	όε, ȣ̂	όον, ȣ̂ν

Imperfectum.

	Sing.			Dual.			Plur.		
1	ἐφιλεό, ȣ́	έȣ, ȣ̂	έε, εῖ	εό, ȣ́	έε, εῖ	εέ, εί	εό, ȣ́	έε, εῖ	έον, ȣ̂ν
2	ἐτιμαό, ώ, μην	άȣ, ῶ	άε, ᾶ, το	αό, ώ, μεθον	άε, ᾶ, σθον	αέ, ά, σθην	αό, ώ, μεθα	άε, ᾶ, σθε	άον, ῶν, το
3	ἐχρυσοό, ȣ́	όȣ, ȣ̂	όε, ȣ̂	οό, ȣ̂	όε, ȣ̂	οέ, ȣ́	οό, ȣ́	όε, ȣ̂	όον, ȣ̂ν

Imperativus.

Præsens.

	Sing.		Dual.		Plur.	
1	φιλέȣ, ȣ̂	εέ, εί	έε, εῖ	εέ, εί	έε, εῖ	εέ, εί
2	τιμάȣ, ῶ	αέ, ά, σθω	άε, ᾶ, σθον	αέ, ά, σθων	άε, ᾶ, σθε	αέ, ά, σθωσαν
3	χρυσόȣ, ȣ̂	οέ, ȣ́	όε, ȣ̂	οέ, ȣ́	όε, ȣ̂	οέ, ȣ́

Optativus.

Præsens.

	Sing.			Dual.			Plur.		
1	φιλεοί, οί	έοι, οῖ	έοι, οῖ	εοί, οί	έοι, οῖ	εοί, οί	εοί, οί	έοι, οῖ	έοιν, οῖν
2	τιμαοί, ῷ, μην	άοι, ῷ, ο	άοι, ῷ, το	αοί, ῷ, μεθον	άοι, ῷ, σθον	αοί, ῷ, σθην	αοί, ῷ, μεθα	άοι, ῷ, σθε	άοιν, ῷν, το
3	χρυσοοί, οί	όοι, οῖ	όοι, οῖ	οοί, οί	όοι, οῖ	οοί, οί	οοί, οί	όοι, οῖ	όοιν, οῖν

Subjunctivus.

Præsens.

	Sing.			Dual.			Plur.		
1	φιλέω, ῶ	έῃ, ῇ	έη, ῆ	εώ, ώ	έη, ῆ		εώ, ώ	έη, ῆ	έων, ῶν
2	τιμάω, ῶ, μαι	άῃ, ᾷ	άη, ᾶ, ται	αώ, ώ, μεθον	άη, ᾶ, σθον	σθον	αώ, ώ, μεθα	άη, ᾶ, σθε	άων, ῶν, ται
3	χρυσόω, ῶ	όῃ, οῖ	όη, ῶ	οώ, ώ	όη, ῶ		οώ, ώ	όη, ῶ	όων, ῶν

Infinitivus.

Præsens.

1	φιλέεσθαι	εῖσθαι
2	τιμάεσθαι	ᾶσθαι
3	χρυσόεσθαι	οῦσθαι

Participium.

Præsens.

1	φιλεόμενος, ούμενος	εο, ου	εό, ού
2	τιμαόμενος, ώμενος	αο, ω, μένη	αό, ώ, μενον
3	χρυσοόμενος, ούμενος	οο, ου	οό, ού

VERBA *in* μι.

Quatuor sunt conjugationes verborum in μι, quæ profluunt è verbis sextæ* conjugationis in

έω	ut, à	θέω,	τίθημι,	*pono.*
άω		ϛάω,	ἵϛημι,	*statuo.*
όω		δόω,	δίδωμι,	*do.*
ύω		ζευγνύω,	ζεύγνυμι,	*jungo.*†

Fiunt Verba in μι,

1. Mutando ω, ultimam syllabam, in μι.

2. Vertendo penultimam in suam longam, si sit mutabilis; et,

3. Præponendo reduplicationem; ut, θέω, τίθημι.

Reduplicatio duplex est;

1. Propria, cùm repetitur prima consonans thematis cum ι· ut, δόω, δίδωμι· tenuis verò pro aspiratâ ponitur; ut, θέω, τίθημι.

2. Impropria, cùm ι aspirata tantùm præfigitur; idque fit, vel cùm verbum incipiat à ϛ· ut, ϛάω, ἵϛημι· vel à πτ· ut, πτάω, ἵπτημι· vel cùm verbum incipiat à vocali; ut, ἕω, ἵημι.

Æoles mutant η in ε, geminato μ· ut, τίθεμμι, pro τίθημι. Bœoti mutant η in ει, factâ reduplicatione per ε· ut, πεφίλειμι.

In quartâ conjugatione nulla est reduplicatio, sed tantùm ω mutatur in μι.

---

* Poëtæ aliunde deducunt; ut, φέρημι, βρίθημι, δίζημι, κ.τ.λ. à φέρω, βρίθω, δίζω.

† Verba, à quibus quarta conjugatio profluit, fere et ipsa ab aliis verbis derivantur, interserendo νυ vel ννυ· ut, ab ἄγω, ἀγνύω, ἄγνυμι· ὀμόω, ὀμῶ, ὀμνύω, ὄμνυμι· ϛορέω, ϛορεννύω, ϛορέννυμι· κ τ.λ. ut et ζευγνύω à ζεύγω primitùs deducitur.

Iones verò in quartâ conjugatione utuntur reduplicatione; ut, *κέκλυθι*, pro *κλῦθι*, *audi*.

In quibusdam, pro reduplicatione, repetuntur duæ priores literæ thematis; ut, *ἀλάλημι* ab *ἀλάω*, inusitato; *ἀκάχημι* ab *ἀχέω*.

Multa alia sunt etiam sine reduplicatione; ut, *φημὶ*, *βῆμι*, *γνῶμι*, *ἄλωμι*, *σϐῆμι*, &c.

Destituuntur verba in *μι* omnibus temporibus, nisi Præsenti, Imperfecto, et Aoristo secundo.*

Pleraque verba quartæ conjugationis non ultra Imperfectum flectuntur.* Carent etiam modo Optativo et Subjunctivo.

Paradigma Verborum in *μι*.

I. VOX ACTIVA.

Modus Indicativus.

Præsens.

	Sing.			Dual.		Plural.		
1	*τίθημι*,	*ης*,	*ησι*	*ετον*,		*ε*		*εῖ*
2	*ἵστημι*,	*ης*,	*ησι*	*ατον*,	*τον*	*α*	*μεν*, *τε*,	*ᾶ* *σι*.
3	*δίδωμι*,	*ως*,	*ωσι*	*οτον*,		*ο*		*ȣ̃*
4	*ζεύγνυμι*,	*υς*,	*υσι*	*υτον*,		*υ*		*ῦ*

Imperfectum.

	Sing.			Dual.			Plural.	
1	*ἐτίθην*,	*ης*,	*η*,	*ε*		*έ*	*ε*	
2	*ἵστην*,	*ης*,	*η*,	*α*	*τον*,	*ά* *την*	*α*	*μεν*, *τε*, *σαν*.
3	*ἐδίδων*,	*ως*,	*ω*,	*ο*		*ό*	*ο*	
4	*ἐζεύγνυν*,	*υς*,	*υ*,	*υ*		*ύ*	*υ*	

* Quædam habent Aoristum secundum; ut *δῦμι*· vide Etymol. Mag. in vocibus *Δῦ* et *Δύω*·—*γαῖαν ἐδύτην*. Il. Z. 19.

Atticum Imperfectum usitatius.

1	ἐτίθεον—ουν	κ. τ. λ. more contractorum.
2	ἵσαον—ων	
3	ἐδίδοον—ουν	

Aoristus β.

	Sing.	Dual.	Plural.
1	ἔθην, ἔθης, ἔθη	εἶον, έτην	εμεν, ε῏τε, εσαν.
2	ἔστην, ἔστης, ἔστη	ῆτον, ήτην	ημεν, ητε, ησαν.*
3	ἔδων, ἔδως, ἔδω	οῖον, όττην	ομεν, οῖε, οσαν.

Aoristus secundus, per omnes personas, sicut Imperfectum inflectitur, excepto, quòd in plurali ac duali vocalem retinet longam; præter ἔθην, ἔδων, et ἧν à verbo ἵημι, *mitto*.

Ex verbis in ω tempora Anomala.

Fut. α. 1.	θήσω.——2.	στήσω.——3.	δώσω.
Aor. α. 1.	ἔθηκα.——2.	ἔστησα.——3.	ἔδωκα.
Præt. 1.	τέθηκα et τέθεικα	2. ἔστηκα.——3.	δέδωκα.

IMPERATIVUS.

Præsens.

	Sing.	Dual.	Plural.
1	τίθετι, έ	ε έ	ε έ
2	ἵσαθι, ά	α ά	α ά
3	δίδοθι, ότω	οτον, ότων	οτε, ότωσαν.
4	ζεύγνυθι,† ύ	υ ύ	υ ύ

Atticis Imperativus usitatior.

1	τίθεε—ει	κ. τ. λ. more contractorum.
2	ἵσαε—α	
3	δίδοε—ου	

---

* Et ἔσταν. Hom. passim.

† Pro ζεύγνυθι dicitur ζεύγνυ. Sic pro δείκνυθι, δείκνυ· pro ὄμνυθι, ὄμνυ.

Aoristus β.

	Sing.	Dual.	Plural.
1	θὲς,* θέτω	θέτον, θέτων	θέτε, θέτωσαν.
2	στῆθι, στήτω	στῆτον, στήτων	στῆτε, στήτωσαν.
3	δὸς, δότω	δότον, δότων	δότε, δότωσαν.

Optativus.

Præsens, εἴθε.

	Sing.	Dual.	Plural.	
1	τιθείην,			εῖ
2	ἱσταίην, ης, η	ητον, ήτην	ημεν, ητε, ησαν, et	αῖ, εν.
3	διδοίην			οῖ

Aoristus β.

	Sing.	Dual.	Plural.	
1	θείην, ης, η			εῖ
2	σταίην, ης, η	ητον, ήτην	ημεν, ητε, ησαν, et	αῖ, εν.
3	δοίην, ης, η			οῖ.

Subjunctivus.

Præsens, ἐὰν.

	Sing.	Dual.	Plural.
1	τιθῶ, ῇς, ῇ	ῆ	ῆ
2	ἱστῶ, ᾷς, ᾷ	ᾶ, τον, τον	ῶμεν, ᾶ, τε, ῶσι.
3	διδῶ, ῷς, ῷ	ῶ	ῶ

Aoristus β.

	Sing.	Dual.	Plural.
1	θῶ, θῇς, θῇ	θῆτον, θῆτον	θῶμεν, θῆτε, θῶσι.
2	στῶ, στῇς, στῇ	στῆτον, στῆτον	στῶμεν, στῆτε, στῶσι.
3	δῶ, δῷς, δῷ	δῶτον, δῶτον	δῶμεν, δῶτε, δῶσι.

* Irregularia sunt θὲς et δὸς, pro θέτι et δόθι. Ejusmodi sunt Imperativa ἔνισπες et σχές.

Infinitivus.

Præsens.

1. τιθέναι. 2. ἱστάναι. 3. διδόναι. 4. ζευγνύναι.

Aoristus β.

1. θεῖναι.* 2. στῆναι. 3. δοῦναι.*

Participia.

	Præsens.			Aoristus β.		
1	τιθεὶς,	εῖσα,	έν.	1 θεὶς,	θεῖσα,	θέν.
2	ἱστὰς,	ᾶσα,	άν.	2 στὰς,	στᾶσα,	στάν.
3	διδοὺς,	οῦσα,	όν.	3 δοὺς,	δοῦσα,	δόν.
4	ζευγνὺς,	ῦσα,	ύν.			

Formatio Temporum.

De Præsenti jam suprà dictum est.

Imperfectum.

Imperfectum formatur à Præsenti, mutando μι in ν, et præponendo augmentum; ut, τίθημι, ἐτίθην.

Aoristus secundus.

Aoristus secundus formatur à Præsenti, mutando μι in ν, abjiciendo reduplicationem, et præponendo augmentum; ut, τίθημι, ἔθην· ἵστημι, ἔστην.

Si verbum caret reduplicatione, idem est Imperfectum et Aoristus secundus.

II. Vox Passiva.

Præsens formatur à Præsenti Activo, mutando μι in μαι, et resumendo vocalem brevem in penultimâ; ut, τίθημι, τίθεμαι· præter ἄημαι, δίζημαι, cum paucis forsan aliis.

---

* Irregularia sunt pro θέναι et δόναι.

Indicativus.

Præsens.

	Sing.			Dual.			Plural.		
1	τίθεμαι,	ε	σαι,* ται	έ	μεθον,	ε	σθον, σθον	έ	μεθα,	ε	σθε, νται.
2	ἵϛαμαι,	α		ά		α		ά		α	
3	δίδομαι,	ο		ό		ο		ό		ο	
4	ζεύγνυμαι,	υ		ύ		υ		ύ		υ	

Imperfectum.

	Sing.			Dual.					Plural.			
1	ἐτιθέμην,	ε	σο, το	έ	μεθον,	ε	σθον,	έ	σθην	έ	μεθα,	ε	σθε, ντο.†
2	ἱϛάμην,	α		ά		α		ά		ά		α	
3	ἐδιδόμην,	ο		ό		ο		ό		ό		ο	
4	ἐζευγνύμην,	υ		ύ		υ		ύ		ύ		υ	

* Atticè, τίθῃ, ἵϛῃ. Sic κάθῃ, δύνῃ.

† Ex verbis in ω Tempora Anomala: 1. Præteritum, τέθειμαι.—2. ἕϛαμαι.—3. δέδομαι. Plusquam Perfectum et Paulo post fut. indè regulariter.—1. Aor. prim. ἐτέθην.—2. ἐϛάθην.—3. ἐδόθην. Fut. primum indè regulariter.

Imperativus.

Præsens.

	Sing.			Dual.				Plural.		
1	τίθεσο,*	έ	σθώ	ε	σθον	έ	σθων	ε	σθε	έ σθωσαν.
2	ἵσασο,	ά		α		ά		α		ά
3	δίδοσο,	ό		ο		ό		ο		ό
4	ζεύγνυσο,	ύ		υ		ύ		υ		ύ

Optativus.

Præsens, εἴθε.

	Sing.		Dual.			Plural.	
1	τιθεί	εῖ	εί	εῖ	εί	εί	εῖ
2	ἱσαί, μην,	αῖ, ο, το	αί, μεθον,	αῖ, σθον,	αί, σθην	αί, μεθα,	αῖ, σθε, ντο.
3	διδοί	οῖ	οί	οῖ	οί	οί	οῖ

Subjunctivus.

Præsens, ἐάν.

	Sing.		Dual.	Plural.
1	τιθῶ	ῇς, ῇ	ῆ	ῆ
2	ἱσῶ, μαι,	ᾷ, ᾶ, ται	ώμεθον, ᾶ, σθον, σθον	ώμεθα, ᾶ, σθε, ῶνται.
3	διδῶ	ῷ, ῶ	ῶ	ῶ

* Iones tollunt σ, deinde Attici contrahunt, τίθεο, τίθε· ἵσαο, ἵσω· δίδοο, δίδε.

	Infinitivus. Præsens.		Participium. Præsens.	
1	τίθεσθαι	1	τιθέμενος	μένη, μενον.
2	ἵστασθαι	2	ἱστάμενος	
3	δίδοσθαι	3	διδόμενος	
4	ζεύγνυσθαι	4	ζευγνύμενος	

III. VOX MEDIA.

Indicativus.

Præsens et Imperfectum sunt eadem cum Præsenti et Imperfecto Passivis.

Aoristus secundus formatur à Præsenti, mutando *μαι* in *μην*, abjiciendo reduplicationem, et præponendo augmentum; ut, *τίθεμαι, ἐθέμην· ἵςάμαι, ἐςάμην*.

Aoristus *β*.

	Sing.		Dual.			Plural.	
1	ἐθέ	ἔθε	ἐθέ	ἔθε	ἐθέ	ἐθέ	ἔθε
2	ἐςά, μην,	ἔςα, σο*, το	ἐςά, μεθον,	ἔςα, σθον,	ἐςά, σθην	ἐςά, μεθα,	ἔςα, σθε, ν7ο.†
3	ἐδό	ἔδο	ἐδό	ἔδο	ἐδό	ἐδό	ἔδο

* Ion. ἔθεο, ἔδοο· Att. ἔθε, ἔδε.

† Ex verbis in ω, Futurum primum et Aoristus primus regulariter deducuntur. Præteritum medium, ἕσ7αα. Participium, ἑςαὼς, ἑςώς.

IMPERATIVUS.

Aoristus β.

	Sing.	Dual.	Plural.
1	θέσο,* θέ	θέ	θέ
2	ϛάσο, ϛά, σθω	ϛά, σθον, σθων	ϛά, σθε, σθωσαν.
3	δόσο,* δό	δό	δό

OPTATIVUS.

Aoristus β.

	Sing.	Dual.	Plural.
1	θεί εῖ	εί εῖ εί	εί εῖ
2	ϛαί, μην, αῖ, ο, το	αί, μεθον, αῖ, σθον, αί, σθην,	αί, μεθα, αῖ, σθε, ντο.
3	δοί οῖ	οί οῖ οί	οί οῖ

SUBJUNCTIVUS.

Aoristus β.

	Sing.	Dual.	Plural.
1	θῶ ῇ, ῇ	ῆ	ῆ
2	ϛῶ, μαι, ᾷ, ᾶ, ται	ώμεθον, ᾶ, σθον, σθον	ώμεθα, ᾶ, σθε, ῶνται.
3	δῶ ᾧ, ῶ	ῶ	ῶ

* Ion. θέο, δόο· Att. θοῦ, δοῦ.

INFINITIVUS. Aor. β.		PARTICIPIUM. Aor. β.	
1	θέ	1	θέ
2	στά, σθαι	2	στά, μενος, μένη, μενον.
3	δό	3	δό

Εἶμι, Eo, Ibo.*

VOX ACTIVA.

INDICATIVUS.

Præsens.

Sing.	Dual.	Plur.
Εἶμι, εἶς vel εἶ,† εἶσι, εἶσθα Æ.	ἴτον, ἴτον,	ἴμεν, ἴτε, εἶσι et ἴσι. ἴμες D. ἴασι I.

Imperfectum.

Sing.	Dual.	Plur.
Εἶν, εἶς, εἶ, ἤιον, ἤιες, ἤιε P.	ἴτον, ἴτην,	ἴμεν, ἴτε, ἴσαν. ἴμες D. ἤϊσαν P.‡

---

* Poëtis interdum temporis Præsentis, sed Oratoribus semper est futuri.

† Theoc.—Unde ἄπει, abis, vel abibis.

‡ Ab inusitato Aoristo primo εἶσα, tertio pl. εἶσαν, et indè ἦσαν et ἤϊσαν.—Aor. secund. ἴον, ἴες, ἴε, κ. λ.
Præter. εἶκα.
Pl. perf. εἴκειν. Att. ᾔκειν.
Fut. 1. med. εἴσομαι.
Aor. 1. med. εἰσάμην.
Præt. med. εἶα. Att. ᾖα. Ion. ἤϊα.
Pl. perf. ᾔειν.

IMPERATIVUS.

Præsens.

Sing.	Dual.	Plur.
Ἴθι vel *εἶ*, *ἴτω*,	*ἴτον*, *ἴτων*,	*ἴτε*, *ἴτωσαν*.

INFINITIVUS.

Ἴναι, vel *εἶναι*, vel *ἰέναι*.
ἴμεν I. *ἴμεναι* D. A. *ἰέμεν* D.

Ἵημι, *Mitto.**

I. VOX ACTIVA.

INDICATIVUS.

Præsens.

Sing.	Dual.	Plur.
Ἵημι, *ἵης*, *ἵησι*,	*ἵετον*, *ἵετον*,	*ἵεμεν*, *ἵετε*, *ἱεῖσι*.
		ἱέασι I
		ἱᾶσι A.

Imperfectum.

Sing.	Dual.	Plur.
Ἵην, *ἵης*, *ἵη*,	*ἵετον*, *ἱέτην*,	*ἵεμεν*, *ἵετε*, *ἵεσαν*.
Εἷον, εἷες, εἷε, &c. P.		*ἷεν* B.

Atticè *ἵειν*, *ἵεις*, *ἵει*, more contractorum.

Aoristus β.

Sing.	Dual.	Plur.
Ἧν, *ἧς*, *ἧ*,	*ἕτον*, *ἕτην*,	*ἕμεν*, *ἕτε*, *ἕσαν*.

---

* Fut. 1. *ἥσω*. Aor. primus *ἧκα* pro *ἧσα*. Att. *ἕηκα*. Præt. *εἷκα* et *ἕωκα*. Part. *εἱκὼς*, unde *ἀφεικὼς*, *qui dimisit*.

Imperativus.

Præsens.

Sing.	Dual.	Plur.
Ἵεθι, ἱέτω,	ἵετον, ἱέτων,	ἵετε, ἱέτωσαν.

Atticè ἵει, κ. λ. more contractorum.

Aoristus β.

Sing.	Dual.	Plur.
Ἕς, ἕτω,	ἕτον, ἕτων,	ἕτε, ἕτωσαν.

Optativus.

Præsens, εἴθε.

Sing.	Dual.	Plur.
Ἱείην, ἱείης, ἱείη,	ἱείητον, ἱειήτην,	ἱείημεν, ἱείητε, ἱείησαν.

Legitur ἕοιμι, οις, οι, &c.

Aoristus β.

Sing.	Dual.	Plur.
Εἵην, εἵης, εἵη,	εἵητον, εἱήτην,	εἵημεν, εἵητε, εἵησαν.

Subjunctivus.

Præsens, ἐὰν.

Sing.	Dual.	Plur.
Ἱῶ, ἱῇς, ἱῇ,	ἵητον, ἵητον,	ἵωμεν, ἵητε, ἵωσι.

Aoristus β.

Sing.	Dual.	Plur.
Ὦ, ᾗς, ᾗ,	ἧτον, ἧτον,	ὦμεν, ἧτε, ὦσι.
ἕω, ἕῃς, ἕῃ, &c. I.		
εἵω, εἵῃς, εἵῃ, &c. P.		

Infinitivus.

Præsens.	Aor. β.
Ἱέναι.	Εἶναι.
ἱέμεναι D.	ἕμεναι A. D.
ἱέμεν I.	ἕμεν I.

Participium.

Præsens.

Nom.	Gen.
Ἱεὶς, ἱεῖσα, ἱὲν,	Ἱέντος, ἱείσης, ἱέντος.

Aoristus β.

Nom.	Gen.
Εἷς, εἷσα, ἓν,	Ἑντὸς, εἵσης, ἑντὸς.

Ἴημι, *vado*, eâdem planè ratione declinatur. Ab Oratoribus tantùm usurpantur, ἀπίασι in Indicativo, ἀπιῶσι in Subjunct. ἀπιέναι in Infin.

II. VOX PASSIVA.

Indicativus.

Præsens.

Sing.	Dual.	Plur.
Ἵεμαι, ἵεσαι, ἵεται,	ἱέμεθον, ἵεσθον, ἵεσθον,	ἱέμεθα, ἵεσθε, ἵενται.

Imperfectum.

Sing.	Dual.	Plur.
Ἱέμην, ἵεσο, ἵετο,	ἱέμεθον, ἵεσθον, ἱέσθην,	ἱέμεθα, ἵεσθε, ἵεντο.*

Imperativus.

Sing.	Dual.	Plur.
Ἵεσο, ἱέσθω,	ἵεσθον, ἱέσθων,	ἵεσθε, ἱέσθωσαν.

III. VOX MEDIA.

Aoristus β.

Sing.	Dual.	Plur.
Ἕμην, ἕσο, ἕτο,	ἕμεθον, ἕσθον, ἕσθην,	ἕμεθα, ἕσθε, ἕντο.
ἕο I.		
οὗ A.		

Imperativus.

Præsens.

Sing.	Dual.	Plur.
Ἕσο, ἕσθω,	ἕσθον, ἕσθων,	ἕσθε, ἕσθωσαν.
ἕο I.		
οὗ A.		

Optativus.

Aoristus β.

Sing.	Dual.	Plur.
Εἵμην, εἷο, εἷτο,	εἵμεθον, εἷσθον, εἵσθην,	εἵμεθα, εἷσθε, εἷντο.†

---

* Perf. εἷμαι, tertia pl. εἷνται, unde ἀφεῖνται, ἀνεῖνται. Att. ἀφέωνται, ἀνέωνται. Aor. 1. εἵθην.

† Legitur οἷντο in compositis.

SUBJUNCTIVUS.

Præsens, ἐὰν.

Sing.	Dual.	Plur.
Ὦμαι, ᾖ, ἦται,	ὤμεθον, ἦσθον, ἦσθον,	ὤμεθα, ἦσθε, ὦνται

INFINITIVUS.

Aoristus β.

Ἕσθαι.

PARTICIPIUM.

Aoristus β.

Nom.	Gen.
Ἕμενος, ἑμένη, ἕμενον,	ἑμένου, ἑμένης, ἑμένου.

Ἵεμαι, *concupisco*, eandem habet inflexionem, sed ultra in perfectum vix invenitur.

Ἵστημι, *Scio.*

I. VOX ACTIVA.

INDICATIVUS.

Præsens.

Sing.			Dual.	Plur.		
Ἵστημι,	ἵστης,	ἵστησι,	ἵστατον, ἵστατον,	ἵσταμεν,	ἵστατε,*	ἵστασι.
ἵσταμι D.		ἵσταντι D.	ἴστον Sync.	ἴσμεν Sync.		ἵσαντι D.
				ἴδμεν D.		

---

* Sync. ἴστε. Sic in Comp. κάτιστε, *scitis*.

Imperfectum.

Sing.	Dual.	Plur.
Ἴσην, ἴσης, ἴση,	ἴσατον, ἰσάτην,	ἴσαμεν, ἴσατε, ἴσασαν. Sync. ἴσαν.

Imperativus.

Præsens.

Sing.	Dual.	Plur.
Ἴσαθι, ἰσάτω, ἴσθι, ἴςω, &c.	ἴσατον, ἰσάτων,	ἴσατε, ἰσάτωσαν. ἴςων A.

Infinitivus.

Præsens.

Ἰσάναι.

ἰσάμεναι et ἴδμεν D. ἴσαμεν I. ἴσμεν Sync.

Participium.

Ἴσας, ἴσασα, ἴσαν.

II. VOX PASSIVA.

Indicativus.

Præsens.

Sing.	Dual.	Plur
Ἵσαμαι, et ἵςαμαι, σαι, ται, ἐπίςαμαι, σαι, &c. Comp. ἐπίςῃ A. ἐπίςηαι I.	άμεθον, ασθον, ασθον,	άμεθα, ασθ [ανται

Imperfectum.

Sing.	Dual.	Plur.
Ἰϛάμην, ἵϛασο, ἵϛαλο,	ἄμεθον, ασθον, ἄσθην,	ἄμεθα, ασθε, αντο.

ἐπιϛάμην, ἐπίϛασο, &c. Comp.
ἠπιϛάμην A. ἐπίϛαο I.
ἐπίϛω A.

Imperativus.

Præsens.

Sing.	Dual.	Plur.
Ἴϛασο, ἱϛάσθω,	*ἵϛασθον, ἱϛάσθων,*	*ἵϛασθε, ἱϛάσθωσαν.*

ἐπίϛασο, &c. Comp.
ἐπίϛαο I.
ἐπίϛω A.

Infinitivus.

Ἵϛασθαι.

Compositum *ἐπίϛασθαι.*

Participium Compositum.

Nom.	Gen.
Ἐπιϛάμενος, αμένη, άμενον,	*αμένȣ, αμένης, αμένȣ.*





Φημὶ, Dico.

I. VOX ACTIVA.

Indicativus.

Præsens.

Sing.	Dual.	Plur.
Φημὶ, φῂς, φησὶ,	*φατὸν, φατὸν,*	*φαμὲν, φατὲ, φασί.*
φαμὶ D. *φατὶ* D.		*φαντὶ* et *φατὶ* D.
ἠμὶ, ης, ἠτὶ } Æ. *ἦσθα, ἠσὶ* } Æ.		

Imperfectum.

Sing.	Dual.	Plur.
Ἔφην, ἔφης, ἔφη,	*ἔφατον, ἐφάτην,*	*ἔφαμεν, ἔφατε, ἔφασαν.*
ἔφαν D. *ἔφα* D.		*ἔφαν* B. *φὰν* I. et B.

Aoristus *β*.

Sing.	Dual.	Plur.
Ἔφην, ἔφης, ἔφη,	*ἔφητον, ἐφήτην,*	*ἔφημεν, ἔφητε, ἔφησαν.*
ἔφαν D. *ἔφα* D.		*ἔφαν* B.
ἔφησθα Æ.		*φὰν* I. et B.
ἦν, ἦς, ἦ P.		

Imperativus.

Præsens.

Sing.	Dual.	Plur.
Φάθι, φάτω,	*φάτον, φάτων,*	*φάτε, φάτωσαν.*

Optativus.

Præsens, εἴθε.

Sing.	Dual.	Plur.
Φαίην, φαίης, φαίη,	φαίητον, φαιήτην,	φαίημεν, φαίητε, φαίησαν.
		φαῖμεν A.

Subjunctivus.

Præsens, ἐάν.

Sing.	Dual.	Plur.
Φῶ, φῇς, φῇ,	φῆτον, φῆτον,	φῶμεν, φῆτε, φῶσι.

Infinitivus.

Φάναι.

φάμεν I.

Participium.

Nom.	Gen.
Φὰς, φᾶσα, φὰν,	φαντὸς, φάσης, φαντός.



II. VOX MEDIA.

Indicativus.

Præsens.

Sing.	Dual.	Plur.
Φάμαι, φάσαι, φάται,	φάμεθον, φάσθον, φάσθον,	φάμεθα, φάσθε, φάνται.

Imperfectum.

Sing.	Dual.	Plur.
Ἐφάμην, ἔφασο, ἔφατο,	ἐφάμεθον, ἔφασθον, ἐφάσθην,	ἐφάμεθα, ἔφασθε, ἔφαντο.

Imperativus.

Sing.	Dual.	Plur.
Φάσο, φάσθω,	φάσθον, φάσθων,	φάσθε, φάσθωσαν.

φάο I.

Infinitivus.

Φάσθαι.

Participium.

Nom.	Gen.
Φάμενος, φαμένη, φάμενον,	φαμένου, φαμένης, φαμένου.

VERBALIA.

VERBALIA omnia fere deducuntur, rejiciendo reduplicationem vel augmentum, et mutando terminationem;

I. A primâ personâ præteriti passivi in

μα, ut, *γράμμα*, *litera*.
μη, ut, *γραμμὴ*, *linea*.
μος, ut, *δεσμὸς*, *vinculum*.
μων, ut, *νοήμων*, *intelligens*.

II. A secundâ personâ præteriti passivi in

ια, ut, *δοκιμασία*, *probatio*.
ις, ut, *ποίησις*, *poësis*.
Adjectiva in *σιος*, ut, *θαυμάσιος*, *admirabilis*;
et in *σιμος*, ut, *χρήσιμος*, *utilis*.

III. A tertiâ personâ præteriti passivi

1. Masculina in

τηρ, ut, *χαρακτὴρ*, *character*.
της, ut, *ποιητὴς*, *poëta*.
τικος, ut, *κριτικὸς*, *judicialis*.
τος, ut, *ἀκουστὸς*, *audibilis*.
τωρ, ut, *κοσμήτωρ*, *princeps*.
τηριος, ut, *λυτήριος*, *liberatorius*.

2. Fœminina in

τις, ut, *πίστις*, *fides*.
τρα, ut, *ὀρχήστρα*, *orchestra*, *i. e.* illa theatri pars, in quâ chorus saltabat.
τρις, ut, *ὀρχηστρὶς*, *saltatrix*.
τυς, ut, *ὀρχηστὺς*, *ars saltandi*.

3. Neutra in

{ τηριον, ut, ποτήριον, poculum.
τρον, ut, δίδακτρον, minerval.
Adjectiva positionis in έος, έα, έον ut, οἰστέος, οἰστέα, οἰστέον, ferendus, a, um.

IV. A præterito medio in

{ ευς, ut, τομεὺς, *sector.*
η, ut, ἐπιστολὴ, *epistola.*
ιον, ut, λόγιον, *oraculum.*
ος, ut, λόγος, *sermo.*

Paucula quædam descendunt ab ipso themate, ut λευκὸς, *candidus*, à λεύσσω, *video*; et ab Aoristo secundo, ut φυγὴ, *fuga*, ab ἔφυγον.

Quædam à præterito activo, ut διδαχὴ, *doctrina*; ταραχὴ, *tumultus*; ἁφὴ, *tactus*: et ab Aoristo primo, ut δόξα, *opinio*; θήκη, *theca*.

IMPERSONALIA.

'ΑΝΗΚΕΙ, et προσήκει, *convenit*; ἀνῆκε, et προσῆκε, *conveniebat.*

'Αρέσκει, *placet*; ἤρεσκε, *placebat*; ἀρέσει, *placebit*; ἤρεσε, *placuit.*

Δεῖ, *oportet*; ἔδει, *oportebat*; δεήσει, *oportebit*; ἐδέησε, *oportuit*: Infin. δεῖν, *oportere*. Particip. δέον, *quod oportet.*

Δοκεῖ, *videtur*; ἐδόκει, *videbatur*; δόξει, *videbitur*; ἔδοξε, *visum est.*

Μέλει, curæ est ; ἔμελε, curæ erat ; μελήσει, curæ erit ; ἐμέλησε, curæ fuit. Particip. *μέλον, quod curæ est.*

Χρὴ, oportet ; ἔχρην, et *χρῆν, oportebat ; χρήσει, oportebit ; χρείη, oporteat : χρῆναι, oportere.*

Compositum *ἀπόχρη, sufficit ; ἀπέχρη, sufficiebat ; ἀποχρήσει, sufficiet ; ἀπέχρησε, suffecit :* Infin. *ἀποχρῆν, sufficere.* Particip. *ἀποχρῶν, quod sufficit.*

Passiva impersonalia sunt, *ἐνδέχεται, accidit ; εἵμαρται* vel *εἵμαρται,* et *πέπρωται, in fatis est.*

VERBA DEFECTIVA.

VERBA defectiva sunt, quæ solùm usque ad imperfectum communiter conjugantur ; et si quæ tempora habent præter ea, mutuantur illa à verbis aliis, quorum præsens non est in usu.

Illa autem sunt in *βω* gravitona, quæ penultimam habent vel in *ε* solum, vel cum immutabili ; ut *σέβω, στίλβω, ῥέμβω, φέρβω.*

In *άνω* gravitona, ut *λαμβάνω, μανθάνω.*

In *σκω*, quâvis præcedente vocali, ut *γινώσκω.*

In *άθω*, ut *κιάθω· έθω*, ut *τελέθω· ύθω*, ut *μινύθω· θω*, cum implicatione consonantis, ut *ἄχθω, ἔσθω.*

In *είνω* hyperdissyllaba, ut *φαείνω, ἀλεείνω, ἐρεείνω.*

Item quæ ante ω duas habent consonantes, quarum altera est liquida, ut δάκνω.

Quæ in ω purum desinunt, præcedente υι diphthongo, ut ἀγυίω, ὀπυίω.

Quæ in δω, si præcedat ν, vel λ, ut σπένδω, μέλδω.

Item in αίω, ut κεδαίω,—et in είω, derivata à præsenti, vel futuro; ut, à τελέω, τελείω, ἐτέλειον, *perficio*; γαμέω, *uxorem duco*, γαμήσω, γαμησείω, *uxorem ducere cupio*; βρόω, *edo*, βρώσω, βρωσείω, *edere cupio*; ὄπτω, *video*, ὄψω, ὀψείω, *videre cupio*; πολεμέω, *bellum gero*, πολεμήσω, πολεμησείω, *bellaturio*.

Sic quæ ex contractis Attici fecerunt incontracta; αὐλέω, αὐλῶ, αὔλω, ηὖλον ἀλεξέω, ἀλεξῶ, ἀλέξω· ἑψέω, ἑψῶ, ἕψω· quæ à circumflexis suis reliqua tempora mutuantur, αὐλήσω, ἀλεξήσω, ἑψήσω.

Sic quæ propter consonantem aliquam injectam ε mutârunt in ι· ut μένω, μίμνω, ἔμιμνον· τέκω, τίκτω· ἐνέπω, ἐνίσπω· γένομαι, γίγνομαι· at ἔπω, ἕσπω· ἕπομαι, ἕσπομαι, ε non mutant: amittunt tamen illud subinde; ut σπέτε pro ἕσπετε, σπέσθαι pro ἕσπεσθαι, σπόμενος pro ἑσπόμενος.

Plurima etiam sunt, quæ unicum tantum tempus habent; ut οἴσω, *feram*, &c.

VERBA ANOMALA.

Anomala quæ non æqualiter, ut cætera verba, conjugantur, sed ab aliis verbis quædam tempora mutuantur.

A.

"ΑΓΑΜΑΙ, miror, imperf. *ἠγάμην.* Reliqua tempora ab *ἀγάζομαι.*

"Αγνυμι, frango, fut. *ἄξω,* aor. 1. *ἔαξα,* [unde *κατέαξα*] aor. 2. *ἔαγον,* aor. 2. pass. *ἐάγην,* perf. m. *ἔαγα.* Atticè hæc omnia.

"Αγω, ago, vel *duco,* præt. Att. *ἀγήοχα.*

'Ανδάνω, et *"Αδω, placeo,* fut. *ἁδήσω,* præt. *ἅδηκα.* præt. m. *ἧδα,* et *ἕαδα* Att. *εὔαδα* Poët. et Æol.

Αἱρέω, capio, aor. 2. *εἷλον,* m. *εἱλόμην,* ab *ἕλω,* inusitato.

Αἰσθάνομαι, sentio, fut. m. *αἰσθήσομαι,* aor. 2. *ᾐσθόμην,* præt. pass. *ᾔσθημαι.*

'Αλίσκω, capio, fut. *ἁλώσω,* præt. *ἥλωκα,* et Att. *ἑάλωκα,* aor. 2. *ἥλων,* unde partic. *ἁλὸς,* tanquam ab *ἅλωμι.* Sic *ἀναλίσκω, absumo.*

'Αμαρτάνω, pecco, fut. *ἁμαρτήσω,* aor. 2. *ἥμαρτον,* poët. *ἥμβροτον.*

Αὐξάνω, et *Αὔξω, augeo,* fut. *αὐξήσω,* tanquam ab *αὐξέω,* unde etiam omnia tempora à futuro derivata.

B.

Βαίνω, *vado*, fut. m. *βήσομαι*, præt. *βέϐηκα*, præt. m. *βέϐαα*, aor. 2. *ἔϐην*.

Βάλλω, *mitto*, fut. *βαλῶ*, *βαλήσω*, et *βλήσω*, præt. *βέϐληκα*.

Βλαςάνω, *germino*, fut. *βλαςήσω*, aor. 2. *ἔϐλαςον*.

Βέλομαι, *volo*, *(velle)* fut. *βελήσομαι*, præt. pass. *βεϐέλημαι*, aor. 1. *ἐϐελήθην*, præt. m. *βέϐελα*.

Βρώσκω, *βιϐρώθω*, et *βιϐρώσκω*, *edo*, fut. *βρώσω*, aor. 1. *ἔϐρωσα*, præt. *βέϐρωκα*, aor. 2. *ἔϐρων*.

Γ.

Γαμέω, *duco uxorem*, aor. 1. *ἐγάμησα* et *ἔγημα*, aor. 1. m. *ἐγημάμην*.

Γηράσκω, *senesco*, fut. *γηράσω*, part. aor. 1. *γηράς*.

Γίνομαι, *sum*, *fio*, *nascor*, fut. *γενήσομαι*, præt. p. *γεγένημαι*, præt. m. *γέγονα*, *γέγαα*, aor. 2. m. *ἐγενόμην*, aor. 1. m. *ἐγεινάμην*, *genui*, vel *peperi*.

Γινώσκω, *cognosco*, fut. m. *γνώσομαι*, aor. 1. *ἔγνωσα*, præt. *ἔγνωκα*, aor. 2. *ἔγνων*.

Δ.

Δαίω, *disco*, fut. m. *δαήσομαι*, præt. *δεδάηκα*, præt. m. *δέδαα*.

Δάκνω, *mordeo*, fut. m. *δήξομαι*, aor. 2. *ἔδακον*, aor. 1. p. *ἐδήχθην*.

Δαρθάνω, *dormio*, fut. m. *δαρθήσομαι*, aor. 2. *ἔδαρθον*, *ἔδραθον* Poët.

Δείδω, *timeo*, fut. m. δείσομαι, præt. δέδοικα, δείδοικα, et δέδοια, Ion. δέδια et δείδια.

Δέω, *desum*, vel *careo*, præt. δεδέηκα, aor. 1. ἐδέησα et ἐδεύησα, fut. m. δεύσομαι, aor. 1. p. ἐδεήθην.

Διδάσκω, *doceo*, fut. διδάξω et διδασκήσω, aor. 1. ἐδίδαξα.

Διδράσκω, *fugio*, aor. 2. ἔδρην.

Δοκέω, *existimo*, *videor*, fut. δόξω et δοκήσω, aor. 1. ἔδοξα et ἐδόκησα.

Δύναμαι, *possum*, fut. δυνήσομαι, imperf. ἐδυνάμην, aor. 1. pass. ἐδυνάσθην et ἐδυνήθην, aor. 1. m. ἐδυνησάμην.

E.

Ἔδω, *Ἔσθω*, vel *Ἐσθίω*, *edo*, præt. ἦκα, ἔδηκα, et Att. ἐδήδοκα; præt. p. ἐδήδομαι et ἐδήδεσμαι, præt. m. ἦδα et ἔδηδα.

Ἐθέλω, vel *Θέλω*, *volo*, *(velle)* fut. ἐθελήσω et θελήσω.

Εἴδω, *video*, f. m. εἴσομαι, aor. 2. εἶδον et ἴδον, p. m. οἶδα.

Ἐλαύνω, *abigo*, fut. ἐλάσω, tanquam ab ἐλάω, unde etiam omnia tempora à futuro derivata; præt. p. ἤλαμαι et ἤλασμαι, unde etiam duo aor. 1. ἠλάθην et ἠλάσθην.

Ἔλπομαι, *spero*, præt. m. ἔολπα, plusq. p. m. ἐόλπειν et ἐώλπειν.

Ἔρχομαι, *venio*, fut. ἐλεύσομαι, aor. 2. ἤλυθον, Sync. ἦλθον, præt. m. ἤλυθα.

Εὑρίσκω, *invenio*, fut. εὑρήσω, aor. 2. εὗρον, præt. p. εὕρημαι, aor. 1. p. εὑρέθην et εὑρήθην, aor. 1. m. εὑρησάμην et εὑράμην, aor. 2. m. εὑρόμην.

Ἔχω, *habeo*, fut. ἕξω et σχέσω et σχήσω, præt. ἔσχηκα, aor. 2. ἔσχον, præt. p. ἔσχημαι, aor. 1. p. ἐσχέθην, aor. 2. m. ἐσχόμην.

Θ.

Θιγγάνω, tango, fut. *θίξω*, aor. 2. *ἔθιγον*.

Θνήσκω, morior, præt. *τέθνηκα, τέθνεικα* et *τέθνεια*, præt. m. *τέθναα*, aor. 2. *ἔθανον*.

I.

Ἱκνέομαι, pervenio, fut. *ἵξομαι*, aor. 2. *ἱκόμην*, præt. p. *ἷγμαι*.

Ἵπταμαι, volo (-are), fut. *πτήσομαι*, aor. 2. *ἐπτάμην* et *ἐπτόμην*.

K.

Καίω, uro, fut. *κήσω* et *καύσω*, aor. 1. *ἔκηα* et *ἔκαυσα*.

Κλαίω, fleo, fut. *κλαύσω*, præt. *κέκλαυκα*.

Κραίνω et *Κραιαίνω, perficio*, aor. 1. *ἐκρήηνα*, præt. p. *κεκράαμαι*, aor. 1. p. *ἐκραάνθην*.

Λ.

Λαγχάνω, sortior, aor. 2. *ἔλαχον*, præt. m. *λέλογχα*.

Λαμβάνω, capio, fut. m. *λήψομαι*, aor. 2. *ἔλαβον*.

M.

Μανθάνω, disco, fut. m. *μαθήσομαι*, aor. 2. *ἔμαθον*.

Μάχομαι, pugno, fut. *μαχέσομαι* et *μαχήσομαι*, præt p. *μεμάχημαι*, fut. 2. *μαχοῦμαι*.

Μέλλω, futurus sum, fut. *μελλήσω*.

Μέλω, *Μέλομαι*, *curo*, fut. *μελήσομαι*, præt. m. *μέμηλα*.

Μιμνήσκω, *in memoriam revoco*, fut. *μνήσω*.

N.

Ναίω, *habito*, fut. m. *νάσσομαι*, aor. 1. *ἔνασσα*, *habitare feci*, aor. 1. p. *ἐνάσθην*.

O.

Ὄζω, *oleo*, f. *ὄσω*, *ὀζέσω* et *ὀζήσω*, aor. 1. *ὤζεσα* et *ὤζησα*, præt. *ὤζηκα*, præt. m. *ὦδα*, Att. *ὄδωδα*, et Poët. *ὤδοδα*.

Οἴομαι et *Οἶμαι*, *puto*, imperf. *ᾠόμην* et *ᾤμην*, fut. *οἰήσομαι*, præt. p. *ᾦμαι*, aor. 1. p. *ᾠήθην*.

Οἴχομαι, *eo*, fut. *οἰχήσομαι*, præt. p. *ᾤχημαι*.

Ὀλισθαίνω, *cado*, fut. *ὀλισθήσω*, aor. 2. *ὤλισθον*.

Ὀφείλω et *Ὄφλω*, *debeo*, fut. *ὀφελήσω* et *ὀφλήσω*, aor. 2. *ὤφελον*, quod usurpatur adverbialiter, vel solùm, vel cum particulis, *αἰ*, *αἴθε*, *εἰ*, *εἴθε*, et *ὡς*, sicut *ὄφελον*.

Π.

Πάσχω, *patior*, fut. m. *πείσομαι*, præt. *πέπονθα*, aor. 2. *ἔπαθον*.

Πεταννύω et *Πετάννυμι*, *expando*, fut. *πετάσω*, præt. *πεπέτακα* et *πέπτακα*.

Πίνω, *bibo*, fut. *πώσω*, præt. *πέπωκα*, aor. 2. *ἔπιον*, imper. *πῶθι*, præt. p. *πέπομαι* et *πέπωμαι*, aor. 1. *ἐπόθην*.

Πιπράσκω, *vendo*, fut. *πράσω*, præt. p. *πέπραμαι*, aor. 1. *ἐπράθην*.

Πίπτω, *cado*, fut. πτώσω, præt. πέπτωκα, aor. 1. ἔπεσα, aor. 2. ἔπεσον, fut. 1. vel 2. m. πεσοῦμαι.

Πυνθάνομαι, *interrogo*, *audio*, fut. πεύσομαι, aor. 2. ἐπυθόμην, præt. p. πέπυσμαι.

Ρ.

Ῥέζω, *facio*, fut. ῥέξω et ἔρξω, aor. 1. ἔῤῥεξα, [Poët. ἔρεξα,] præt. m. ἔοργα pro ἔῤῥογα.

Ῥέω, *fluo*, fut. ῥεύσω et ῥυήσω, præt. ἐῤῥύηκα, aor. 2. p. ἐῤῥύην.

Ῥωννύω et *Ῥώννυμι*, *roboro*, fut. ῥώσω.

Ῥήσσω, *frango*, præt. m. ἔῤῥωγα.

Σ.

Σϐεννύω et *Σϐέννυμι*, *extinguo*, fut. σϐέσω, et m. σϐήσομαι, præt. ἔσϐεκα et ἔσϐηκα, aor. 1. ἔσϐεσα, aor. 2. ἔσϐην.

Σπένδω, *libo*, fut. σπείσω.

Στορεννύω, *Στορέννυμι*, *sterno*, fut. ϛορέσω.—*Στρωννύω*, fut. στρώσω.

Τ.

Τίκτω, *pario*, fut. τέξω, aor. 2. ἔτεκον.

Τιτράω, et *Τιτραίνω*, *perforo*, fut. τρήσω.

Τρέχω, *curro*, præt. δεδράμηκα, aor. 2. ἔδραμον.

Τυγχάνω, *sum*, *consequor*, fut. τυχήσω, aor. 2. ἔτυχον, fut. m. τεύξομαι.

Υ.

Ὑπισχνέομαι, *promitto*, fut. ὑποσχήσομαι, aor. 2. ὑπεσχόμην, præt. p. ὑπέσχημαι, aor. 1. p. ὑπεσχέθην.

Φ.

Φέρω, *fero*, fut. οἴσω, aor. 1. ἤνεγκα et ἤνεικα, aor. 2. ἤνεγκον, præt. m. ἤνοχα, Att. ἐνήνοχα.

Φθάνω, *prævenio*, fut. φθάσω, aor. 2. ἔφθην.

Φύω, *gigno*, *nascor*, aor. 2. ἔφυν.

Χ.

Χάζω et Χάζομαι, *recedo*, aor. 2. κέκαδον·—*capio*, ἔχαδον, præt. m. κέχανδα.

Χαίρω, *gaudeo*, fut. χαιρήσω, præt. p. κεχάρημαι.

Ω.

Ὠθέω, *pello*, fut. ὤσω, aor. 1. ὦσα et ὤθησα, præt. p. ὦσμαι.

ADVERBIUM.

Adverbium est aut primarium, ut νῦν, *nunc*, τότε, *tunc*; aut derivatum in εὶ, ut Ἑλληνιςὶ, *Græcè*, Ῥωμαϊςὶ, *Latinè*; item in δὸν, ut κυνηδὸν, *caninè*; in ην, ut κρύβδην, *secretò*; in ει, ut πανσυδεὶ, *omninò*, *prorsus*; et in αξ, ut ὀδὰξ, *mordicus*.

A genitivo plurali nominis adjectivi ducitur adverbium in ως· ut τῶν ἀληθῶν, ἀληθῶς, *verè*; τῶν ὀξέων, ὀξέως, *acutè*.

Porrò δε, σε, ζε, adjectiones syllabicæ, notæ sunt *ad* locum; θεν, θε, *de* loco; θι, σι, χȣ, χῆ, *in* loco: ut ȣρανόνδε, *ad cœlum*; ἐκεῖσε, *illuc*; ἔραζε, *ad terram*; ȣρανόθε, *de cœlo*; πάντοθι, πανταχȣ, πανταχῆ, *ubique*, *ubivis*.

Ἀρι, ἐρι, ἀγα, βρι, δα, ζα, βȣ, λα, λι, aliis præfixæ dictionibus, earum adaugent significata; ut δῆλος, *manifestus*, ἀρίδηλος, vel ἐρίδηλος, *valdè manifestus*: νη* et νε in compositione privant; ut νήπιος, *infans*; νέπȣς, *pedibus carens*.

Εὖ† in compositione, præstantiæ seu laudis significationem inducit; ut εὐειδὴς, *pulcher*; εὔοσμος, *suaveolens*; aut facilitatis, ut εὐκίνητος, *facilè mobilis*; aut felicitatis, ut εὔγαμος, *connubio felix*.

Δὺς in compositione omnibus his significationibus adversatur; ut δυσειδὴς, *deformis*; δύσοσμος, *fœtidus*; δυσκίνητος, *difficulter mobilis*; δύσγαμος, *connubio infelix*.

---

* Nonnunquam etiam, sed rarissimè, augent; ut, νήδυμος, *valdè dulcis*; νήχυτος, *latè fluens*.

† Aliquando etiam compositi significationem minuit; ut, εὔωρος, *negligens*; εὐτελὴς, *vilis*.

Ἄλφα in compositis privat, conjungit, et auget; ut *χάρις, gratia, ἄχαρις, ingratus; πάντες, omnes, ἅπαντες, omnes simul; ξύλον, lignum, ἄξυλος, lignis plenus.*

Adjectiva neutralia sæpè adverbiascunt.

Adverbiis videntur accenseri interjectiones.

CONJUNCTIO.

Conjunctiones adversativæ sunt, *καίπερ, εἰ καὶ, κἂν, κἂν εἰ, etsi.*

Causales; *γὰρ, καὶ γὰρ, ἢ γὰρ, γάρτοι, γάρπου, γὰρ δήπου, nam, enim, etenim; οὐ γὰρ ἀλλὰ, non enim; ὅτι, διὸ, διότι, καθότι, οὕνεκα* poëticè, *quòd; ἐπεὶ, postquam; ἵνα, ὡς, ὅπως, ὄφρα* poëticè, *ὥστε, ut.*

Copulativæ; *καὶ* et *τε, que; ἠδὲ,* et *ἰδὲ* poëticè, *atque; καὶ μέντοι, atque; καὶ μὴν καὶ, quinetiam; καί τοι καὶ, atque adeò; καὶ γὰρ αὖ, rursùs etiam.*

Connexivæ, seu conditionales; *εἰ,* cum compositis, *ἐὰν, ἂν, ἢν, si; περ, εἰδὴ, εἰδήπερ, siquidem; ἐπείπερ, ἐπειδὴ, ἐπειδήπερ, ἐπειοῦν, ἐπειὴ, si, cùm, postquam, quandoquidem; εἰ δ' ἄρα, sin verò.*

Discretivæ; *μὲν, quidem; δὲ, verò; γε, ἀτὰρ, ἀλλὰ, saltem, sed, verùm; μέντοι, sanè, sed; μέντοι που, μέντοι γε, nimirùm tamen; δέγε, δέπου, δέτοι, autem; δὲ δὴ, jam verò.*

Disjunctivæ; ἤ, ἤτοι, ἤπου, *vel, aut, sive.*

Dubitativæ; ἆρα, *num?* μῶν, *nunquid?*

Rationales, sêu collectivæ; οὖν, ἄρα, οὐκοῦν, τοιδὴ, τοίγαρτοι, τοιγαροῦν, τοίνυν, καὶ δὴ, τοὔνεκα poëticè, *quare, ideo, igitur, idcirco, ergo;* οὔκουν,* *non igitur.*

Redditivæ; ὅμως, δήπου, γεδήπου, ἔμπης, *tamen;* ἀλλὰ γὰρ, ἀλλὰ δὴ, ἀλλὰ μὴν, ἀλλ᾽ οὖν, *at enim, sed tamen, atqui, at verò*†; καίτοι, καίτοιγε, *atqui, sed, quanquam.*

Potentiales; ἂν, κε vel κεν.

Expletivæ, quæ, utcunque redundare videantur, suam tamen quæque vim, suumque sensum, licèt nonnunquam reconditiorem, habent; ut, ῥα, κεν, νυ, που, τοι, περ, πω, κ. τ. λ.

---

* In οὐκοῦν, *igitur*, prævalet τὸ οὖν· in οὔκουν, *non igitur*, dominatur οὐ, quare sibi accentum vindicat. *Hoogev.*

† Ἀλλά γε οὖν, *at certè saltem;* ἀλλὰ δὴ καὶ, *imò etiam.*

SYNTAXIS.

I. VERBUM.

VERBUM cohæret cum nominativo, numero et personâ: ut,

Πολλάκι τοι καὶ μωρὸς ἀνὴρ κατακαίριον εἶπε·
Sæpe etiam stultus opportunè locutus est.

Exceptiones.

Neutra pluralia gaudent verbo singulari: ut,

Τῷ ἀργυρίῳ ὑποτάσσεται πάντα·
Pecuniæ obediunt omnia:

Aliquando etiam masculina et fœminina: ut,

Οὐκ ἔστιν, οἵτινες ἀπέχονται·
Non sunt, qui abstinent:

Necnon fœminina; ut,

* *Ἀχεῖται ὀμφαὶ μελέων·*
Resonant voces modulorum.

Omne duale necessariò est plurale; ideoque nominativus dualis jungi possit verbo plurali: ut,

Ἄμφω ἔλεγον·
Ambo dicebant.

Contrà verò, omne plurale non est duale.

---

* Vid. Not. *Ruhnk.* ad *Hom.* Hymn. in Cer. v. 499.

II. Adjectivum.

Adjectivum cum substantivo, casu, genere, et numero, consentit: ut,

Χρηςὸς ἀνὴρ ἐςι κοινὸν ἀγαθόν·
Vir bonus est commune bonum.

Substantivus tamen dualis jungi possit adjectivo plurali: ut,

Φίλας περὶ χεῖρε βάλωμεν·
Caras manus circumjiciamus.

Observationes.

Adjectiva composita et derivata, in *ος* desinentia, fere communiter accipiuntur: ut,

Ἐφάνη ῥοδοδάκτυλος Ἠώς·
Aurora roseis digitis apparuit:

et quædam alia, non composita: ut,

Παντοίων ςομάτων λάλον εἰκόνα·
Omnigenæ vocis loquacem imaginem.

Adjectiva sæpe permutant suum substantivum in genitivum: ut, pro *φαῦλοι ἄνθρωποι, φαῦλοι τῶν ἀνθρώπων· impii homines.*

Sæpe usurpantur substantiva pro adjectivis: ut,

Μάγος τέχνη· ars magica;
Τὴν Ἑλλάδα φωνὴν ἐξέμαθον·
*Græcam linguam didici.**

---

* Sic *ὕβρις ἀνὴρ*, pro *ὑβριςικὸς*, *injuriosus.*

III. Relativum.

Relativum cum Antecedente concordat genere numero, et personâ: ut,

Χάριν οἶδα τῆς τιμῆς, ᾗ με τιμᾶτε·
Gratias ago pro honore, quo me honoratis.

Atticè relativum et antecedens in eodem casu ponuntur: ut,

Χρῶμαι βιβλίοις, οἷς ἔχω·
Utor libris, quos habeo.

Atticè quoque antecedens ponitur in eodem casu et eodem sententiæ membro, cum relativo: ut,

Οὗτός ἐστιν, ὃν λέγεις ἄνθρωπον·
Hic vir est, quem dicis.
Μετὰ δ' ἔσσεται, ἣν τότ' ἀπηύρων Κούρην Βρισῆος·
Interque illas erit Briseïs, quam tunc abstuli.

Syntaxis Substantivi.

Ponitur genitivus sæpe per eclipsin in nominibus propriis: ut,

Νηλεὺς, ὁ Κόδρου (subaudi *υἱός*)·
Neleus, Codri filius.
Εἰς ᾅδου, ad inferos (subaudi *οἶκον*)·

et per defectum etiam vocis *ἕνεκα*· ut,

Μακάριος τῆς πίστεως·
Beatus propter fidem.

Genitivus, per se positus, est abominantis: ut,

Τῆς ἀναιδείας·
O impudentiam!

et aliquando etiam laudantis: ut,

Χρηστοῦ κ' οἰκτίρμονος ἀνδρός·
O virum probum et misericordem!

ADJECTIVA.

ADJECTIVA neutralia non rarò loco adverbiorum ponuntur: ut,

Ὀξὺ, celeriter;
Καλὰ, pulchrè;
Τὰ πρῶτα, primùm;
Τὰ ἀρχαῖα, olim;
Μέτρια, mediocriter;
Ἀλυπώτατα, lætissimè:

Aliquando etiam masculina; ut,

Ἰθὺς, rectâ viâ; εὐθὺς, statim:

Et fœminina; ut, *ἰδίᾳ, privatè; δημοσίᾳ, publicè.*

I. *Genitivus post Adjectiva.*

ADJECTIVA, quæ desiderium, notitiam, ignorantiam, copiam, inopiam, dignitatem, differentiam, damnationem, *&c.* denotant, genitivum adsciscunt: ut,

Δύσερως τῆς δόξης·
Gloriæ perditè cupidus:
Ἄπειρος τῶν πράξεων·
Rerum imperitus.

REGULÆ.

NOMINA partitiva, infinita, interrogativa, et numeralia, item comparativa et superlativa, genitivo gaudent: ut,

Ἕκαστον τῶν ζώων·
Unumquodque animalium.

COMPARATIVA, cùm exponantur per *quàm*, genitivum adsciscunt: ut,

Τῆς πολυπραγμοσύνης ἐδὲν κενεώτερον ἄλλο·
Nihil vanius curiositate.

NOMINA etiam, quæ superlativorum naturam induunt, et composita ex *α* privativâ, gaudent genitivo: ut,

Ἔξοχος πάντων, præcipuus omnium:
Δῖα Θεάων, Diva Dearum:
Ἀθέατος τῆς ἀληθείας, qui non videt veritatem:
Ἄχαλκος ἀσπίδων, sine æreis clypeis.

II. *Dativus post Adjectiva.*

ADJECTIVA, quibus commodum, incommodum, similitudo, dissimilitudo, contrarietas, *&c.* significantur, in dativum transeunt: ut,

Φίλος σοὶ, amicus tibi:
Ἐναντίος τῷ νόμῳ, adversus legem.

Huc referuntur adjectiva ex *σὺν* et *ὁμȣ̃* composita: ut,

Σύντροφος, convictor:
Ὁμόγλωσσος, eâdem linguâ utens.

Quædam, quæ similitudinem significant, etiam genitivo gaudent: ut,

Ὅμοιος ἀνθρώπȣ, similis homini.

III. *Accusativus post Adjectiva.*

ADJECTIVA, si subintelligatur *κατὰ*, accusativum post se habent: ut,

Πατρίδα Ῥωμαῖος, Romanus patriâ :
Οὐδεὶς ἀνθρώπων αὐτὸς ἅπαντα σοφός·
Nemo hominum in omnibus sapiens est.

Quædam nomina in accusativo ponuntur, subaudito *κατὰ*, et pro adverbiis vel præpositionibus sumuntur : ut,

Τέλος, denique ;
Χάριν, gratiâ, vel *propter ;*
Ἀρχὴν, primùm, vel *omninò ;*
Δίκην, instar.

Possessivum.

Ponitur interdum possessivum loco primitivi : ut,

Εἰς ἐμὴν ἀνάμνησιν· in memoriam mei :
Σὸς πόθος desiderium tui.

Genitivus sequentis adjectivi, vel participii, sæpe concordat cum genitivo pronominis, in possessivo subauditi : ut,

Τύχας ἐμὰς τλήμονος· infortunia mei miseri.

Verborum Activorum *Constructio.*

Nominativus post Verbum.

Verba substantiva, *τυγχάνω, εἰμὶ, ὑπάρχω, γίγνομαι,* et illa poëtica, *πέλω, πέλομαι, τελέθω, κύρω, (sum ;)* item verba vocandi passiva, et verba gestûs, utrinque nominativum expetunt : ut,

Ὁ πλοῦτός ἐστι παρακάλυμμα τῶν κακῶν·
Malorum operculum sunt divitiæ.

Nominativus postponitur etiam aliis verbis : ut,

Σύνοιδα σοφὸς ὤν·
Conscius mihi sum, me esse sapientem.

Observatio prima.

Verbo τυγχάνω eleganter postponitur participium ὢν, cum alio nominativo: ut,

Σωκράτης τυγχάνει ὢν σοφός· Socrates est sapiens.

Sin participium sequatur, omittitur ὢν· ut,

*Σωκράτης τυγχάνει περιπατῶν· Socrates ambulat.**

Observatio secunda.

Mutatur nominativus post verbum in genitivum: ut,

Κροῖσός ἐστι τῶν πλουσίων· i. e. *πλούσιος· Crœsus est dives.*

Genitivus post Verbum.

Verba abstinendi, accusandi, admirandi, amandi, appetendi, consequendi, contemnendi, desinendi, differendi, egendi, emendi, excellendi, fruendi, imperandi, implendi, incipiendi, parcendi, participandi, privandi, recordandi, vendendi, venerandi, genitivo gaudent: ut,

Τοῦ ζῆν ἀπὸ λύπης ἀρχόμεθα·
A dolore vitam auspicamur:
Τί βαιὸν ἐντρέπῃ σῆς συμμάχου ;†
Cur parùm revereris auxiliatricem tuam?

---

* Huc referuntur, ἔχω θαυμάσας, *admiratus sum;* λανθάνω ποιήσας, *clam feci*, &c.

† Apud Græcos (;) signum fuit interrogationis.

Verba sensûs gaudent genitivo ;* ut,

Αἰσθάνομαι ψόφε·
Audio strepitum.

Præter illa quæ ad visum pertinent, quæ regunt accusativum : ut,

Ὁρᾷ φάος ἠελίοιο· videt lumen solis.

Verba etiam audiendi aliquando accusativum † regunt : ut,

Ἀμείλικτον δ' ὄπ' ἄκεσαν·
Non blandam verò vocem audierunt.

Quibuslibet verbis additur genitivus absolutè sumptus : ut,

Ἐμȣ̃ διδάσκοντος· me docente :

et Atticè accusativus ; ut,

Ἔξον, πάρον, δέον, δόξαν.

Sic, *δέον ποιεῖν· cùm oporteat facere.*

Dativus post Verbum.

Verba acquisitivè posita, item certandi, colloquendi, conveniendi, dandi, exprobrandi, gaudendi, juvandi, precandi, reprehendendi, sequendi, utendi, dativum exigunt : ut,

Ἕπομαι τοῖς παλαιοῖς· veteres sequor.

Quodvis etiam verbum admittit dativum, significantem causam, aut instrumentum, aut modum actionis : ut,

Ἀργυρέαις λόγχαισι μάχȣ, καὶ πάντα κρατήσεις·
Argenteis pugna telis, atque omnia vinces.

---

* Atticè verò verba sensûs accusativum post se recipiunt : ut, *ἀκέσατε ψηφίσματα· audite decreta.*

† Et rarissimè dativum ; ut,

——————δύνασαι δὲ σὺ πάντοσ' ἀκέειν
Ἀνέρι κηδομένῳ· tu verò potes undecunque auscultare viro dolenti.

Ponitur dativus sæpe, subaudito σύν· ut,

Πορευόμενος ἑπτακοσίοις ὁπλίταις·
Cum septingentis gravis armaturæ militibus profectus.

Præsertim verò ante pronomen αὐτός· ut,

Τῆλ' αὐτῇ πήληκι κάρη βάλε·
Procul cum ipsâ galeâ caput excussit.

Accusativus post Verbum.

Accusativus sequitur verba activa, et eorum significationem habentia: ut,

Νεκρὸν ἰατρεύειν, καὶ γέροντα νουθετεῖν, τ' αὐτ' ἐστι·
Mortuum curare, et senem erudire, idem est.

Verba dandi, auferendi, admonendi, rogandi, docendi, benè vel malè faciendi ac dicendi, duplicem habent accusativum: ut,

Θέλει σὲ γεύσω πρῶτον ἄκρατον μέθυ;
Visne primùm me tibi vinum gustandum præbere?

Ἀπεστέρει με τὰ χρήματα· abstulit mihi res:

Ἔπεισα ταῦτα τὴν Βουλήν· hæc Senatui persuasi:

Μέλλετε δ' αἰτεῖν τοὺς Θεοὺς τἀγαθά·
Felicitatem à Diis rogaturi estis:

Ἅπαντά σε διδάξομαι· omnia te docebo:

Τὸν βασιλέα δρᾷν τοῦτο· facere hoc regi:

*Εἰπεῖν σε κακά· dicere convicia de te.**

Hæc variam habent constructionem: ut,

Ἐπιλείπει μοι, καί με, τόδε· hoc mihi deest:

---

* Ante verò accusativum rei κατὰ subauditur.

Ἄρχει τῆς πόλεως, καὶ τῇ πόλει· præest civitati:

Λοιδορῶ σοι, καί σε· convicior tibi:

Προσκυνῶ τῷ Θεῷ, καὶ τὸν Θεόν· adoro Deum: cum multis aliis hujusmodi.

Quodvis verbum admittit accusativum nominis sibi cognati: ut,

Χαίρω χαράν· afficior gaudio:

Λέγω λόγον· sermonem habeo:

Γάμους γαμῶ· nuptias ineo: ac plurima ejusmodi.

Verborum Passivorum *Constructio.*

Passiva exigunt genitivum cum præpositionibus *ὑπὸ*, *ἀπὸ*, *παρὰ*, et *πρός*· ut,

Ὁ νοῦς ὑπὸ οἴνου διαφθείρεται·
Mens à vino corrumpitur:

vel sine præpositione: ut,

Τῶν φίλων νικώμενος·
Ab amicis victus.

Genitivus verò iste nonnunquam in dativum vertitur: ut,

Πεποίηταί μοι· factum est à me.

Poëtæ sæpe præpositiones per tmesin dissolvunt: ut,

Κατὰ γαῖα κάλυψε, pro *γαῖα κατεκάλυψε· terra cooperuit.*

REGULÆ.

PASSIVA per Synecdochen accusativo junguntur: ut,

Πλήττομαι τὴν κεφαλήν· percutior caput.

Ubique locus est accusativo, sive post verba, sive post nomina, si subintelligas *κατά*.

Plurima activa passivè sæpè significant, et passivam habent constructionem : ut,

'Απαλλάττω ὑπό σου· liberor à te :

Sic, *Τελῶ, censeor ;*

'Αναλαμβάνω, recreor ;

'Ανακνάμπτω, reflector ;

'Ρίπτω, jactor ;

Συνάπτω, conjungor ;

'Ασκῶ, exerceor ;

Κρύπτω, occultor.

